

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot
Eruditorum desideriis adhuc expetitur

Qui D. Johannis Gerhardi Continuationis Partes Tertiam, Quartam,
Quintam, Eamque postremam complectitur - Denuo nunc in Lucem prodit,
Cum jndicibus ...

**Gerhard, Johann
Chemnitz, Martin
Leyser, Polycarp**

Hamburgi, MDCCIII

VD18 90617819

Caput CLXXXVII. Christus Interrogatur De Doctrina Et Discipulis; Petrus
Secunda Vice Ipsum Abnegat; Producuntur Falsi Testes Contra Christum
Ac Crimen Blasphemiae Ipsi Intentantur.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17617

Ambrosius mysterium in eo quaerit, quod Petrus ab ancilla ad peccatum abnegationis sollicitatus fuerit. *Quid sibi vult*, inquit, quod Petrum prodit ancilla, cum viri utique magis potuerint eum recognoscere, nisi ut iste sexus peccare in nece Domini videretur, ut & iste sexus redimeretur per Domini passionem? Est etiam haec ancilla, quae Petrum negare facit, typus nostrae carnis, quae ad peccata nos perpetuo sollicitat. Ut enim Eva seduxit Adamum Gen. 3. v. 6. ac Delila Samsonem verbis blandis decepit Jud. 16. v. 16. sic caro nostra ad versus Spiritum concupiscens Deum verbis & factis negare sapienter compellit. Gal. 5. v. 17. Gerson h. l. quaestionem movet, ubi fuerit Johannes in prima Petri negatione, & cur non statim admonuerit Petrum, ut ageret poenitentiam, respondet autem, quod non audiverit eam, sed quod magis se applicuerit loco, in quo Christus erat, ut omnia intueretur manifestius; Sed ostendimus superius opinionem illam de Johanne Petri comite esse parum probabilem. Caeterum post primam hanc abnegationem Petrus declinandae suspicionis causa igni aliquandiu adhuc assistit, mox tamen foras progreditur *eis προαυλιον in vestibulum aule*, dicitur enim *προαυλιον* area ante aulam, sicut *προαυλιον* aedificium sub urbe. Matthaeus dicit, quod exiit *eis τον πυλωνα*, est autem *πυλων* vel *πυλωνα*

*trium, area ante aedes, locus portae propior, quia πυλων ejusdem formae cum πυλων quae nomina Graecis συνεκτικα comprehendunt seu continentia aliquas res dicuntur Syrus habet vocabulum *ND* vestibulum, janua, unde apparet, quod Petrus quasi verit januam sive posticum in area ante aulam, ut fugam sibi consuleret, Et hette gerne die *Thür getroffen/ und reis aufgeben/* quae occasione audit primum gallicinium, quod in tumultu ministrorum in ipso atrio non potuisset audire. Divina igitur providentia factum, ut Petrus audiret illud memoriale lapsus & monitorium poenitentiae à Magistro ante horas paucas sibi datum, sed securè illud negligit, nec recordatur verborum Christi, redit igitur in atrium & denuò sumtâ audaciâ ministris ad ignem stantibus sese intermiscet, haec enim est peccati Natura, ut primò quidem quasi pacatum & quietum dormiat, sed *cubat ante ostium* Gen. 4. 7. hoc est, in tali loco, in quo facile excitatur, sicut Petrus hoc loco quasi rebenè gesta post abnegationem ad prunas redit; sed peccatum è somno excitatum summos conscientiae angores parit, sicut Petrum ad peccati agnitionem perductum in lachrymas totum resolvi postea videbimus. Caveamus igitur serpentinos peccati morsus veriti iudicium Dei, quo fit, ut peccatum aliquandiu dormiens tandem evigilet.*

*Peccati, mortis, Satane me vincula stringunt,
Sed solvor vinculis optime Christi tuis.*

CAPUT CLXXXVII.

CHRISTUS INTERROGATUR DE DOCTRINA ET DISCIPULIS; PETRUS SECUNDA VICE IPSUM ABNEGAT; PRODUCUNTUR FALSI TESTES CONTRA CHRISTUM AC CRIMEN BLASPHEMIAE IPSI INTENTANTUR.

MATTH. 26. v. 59. MARC. 14. v. 55. LUC. 22. v. 58.

JOHANN. 18. v. 19.

RATIO ORDINIS.

Lexamen de doctrina & discipulis Christi Ammonius Alexandr. in Harmonia & alii quidam in domo Annae institutum fuisse existimant, sicut & Nonnus Poeta eruditissimus ac vetustissimus in paraphrasi v. 19. Joh. 18. Annam nominat *ἡ ἐρενε Συνοδος ἐξεί μὲν θῶ Ἄννας*; Quidam omnes Petri negationes, quidam primam tantum in domo Annae contigisse statuunt, id quod ex descriptione Johannis colligi posse existimant. Sed ostendimus superius haec omnia in domo Caiaphae contigisse. Annas non erat Pontifex illo tempore, sed Caiaphas, ideo non in Annae, sed in Caiaphae Pontificis domo instituta sunt contra Christum illae actiones, ad Annam honoris causa tantum deductus fuit Christus, neque quicquam in illius aedibus contra Christum fuit actum, nisi quod fortè vincula ipsi denuò sunt injecta. Porro dubium esse poterat, an prima Petri negatio praecesserit, an verò secuta fuerit examen de doctrina & discipulis Christi. Nec absurdum foret statuere, quod secuta fuerit. Cogitari enim posset, Petrum hoc examine, in quo expressa fiebat discipulorum mentio, uti etiam alapa Christo inflata perteritum in negationis crimen

incidisse. Sed quia Johannes, qui solus examinis illius meminit, primam Petri negationem eidem praeposit, ideo hunc ordinem sine certis & evidentibus rationibus intervertere noluimus. Caeterum cum omnes Evangelistae secundam & tertiam Petri negationem continuâ quadam serie conjungant, inde colligi posset, utramque in Harmonia sine aliorum gestorum immixtione conjungendam esse, sed quia Lucas notanter dicit inter secundam & tertiam negationem *intervallum fere unius horae intercessisse*, ideo probabile est, quae de falsis testibus contra Christum productis & crimine blasphemiae ipsi intentato Evangelistae commemorant, ea tempore inter secundam & tertiam negationem intermedio contigisse. Quod attinet Pontificis adjurationem & crimen blasphemiae Christo intentatum, putat August. l. 3. de cons. Evang. c. 7 ea non contigisse tempore nocturno in primo Concilii confesso, sed manè demum in confesso altero, referri autem à Matthaeo & Marco ad hunc locum per quandam anticipationem. Sed verisimilius est haec omnia noctu contigisse, postea verò manè iterum interrogatum Christum eadem respondisse & denuò morti adjudicatum esse, ut ex descriptione Lucae evidenter colligitur.

H

EXA-

EXAMEN DE DOCTRINA ET DISCIPULIS CHRISTI, SECUNDA PETRI NEGATIO, FALSI TESTES CONTRA CHRISTUM PRODUCTI, AC CRIMEN BLASPHEMIE IPSI INTENTATUM.

MATTH. 26.

- 59. Οἱ ἄρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ τὸ συνέδριον ὅλον ἐζήτησαν ψευδομαρτυρίαν κατ' Ἰησοῦ ὡς αὐτὸν θανατώσωσι.
- 60. Καὶ ἐκ εὐρον καὶ πολλῶν ψευδομαρτύρων προσελθόντων ἐκ εὐρον. ὕψερρον ἤ προσελθόντες δύο ψευδομαρτυρεῖς.
- 61. Εἶπον, ἔτ' εἶπὲν, δὴ δὴ καὶ καλῶς τὸ ναὸν τοῦ θεοῦ καὶ τὰς τοιῶν ἡμερῶν οἰκοδομήσῃ αὐτὸν.
- 62. Καὶ αἰσάντας οἱ ἀρχιερεῖς εἶπεν αὐτῷ ἔδεν ἄποκρίνη; τί ἔτοιμα καὶ μαρτυρεῖς.
- 63. Οἱ Ἰησοῦς εἶπεν, καὶ ἀποκριθεὶς οἱ ἀρχιερεῖς εἶπεν αὐτῷ, ἐξορκίζω σε κατ' ἰσχυροῦ, ἵνα ἡμῖν εἰπῆς, εἰ σὺ εἶ ὁ χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ.
- 64. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, (ὡς εἶπες, πολλὰ λέγω ὑμῖν, ἀπ' ἀρχῆς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ θronoῦ τοῦ θεοῦ καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τὰ νεφέλων τοῦ οὐρανοῦ.
- 65. Τότε οἱ ἀρχιερεῖς διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτῶν λέγων, ὅτι ἐβλασφημῆσαι, τί ἐπὶ χρεῖαν ἐχοίμεν μαρτύρων, ἴδεν ἡμεῖς κατετιμωμένους αὐτῶν.
- 66. Τὸ ὑμῖν δοκεῖ οἱ ἀποκριθέντες εἶπον, ἐνοχοῦμεν αὐτὸν ὄντα.
- 71. Ἐξελθὼν αὖτε (τὸν Πέτρον) εἰς τὴν πυλῶνα, εἶδεν αὐτὸν ἄλλη (παῖδισκη) ἔτι λέγει ἵνα ἐκεῖ, ἔτ' εἶπὲν, λέγει Ἰησοῦς τὸ Ναζωραῖος.
- 72. Καὶ πάλιν ἠρώτησάν μεθ' ὅρκου, ὅτι σὺ οἶδας τὸν ἀνθρώπου.

- 59. Principes autem Sacerdotum & Seniores & totum Concilium querebant falsum testimonium contra Jesum ut morti eum traderent.
- 60. Et non inveniebant, etiam cum multi falsi testes accessissent, non inveniebant. Novissime autem venerunt duo falsi testes.
- 61. Et dixerunt, Hic dixit, possum destruere templum Dei, & in triduo edificare illud.
- 62. Et surgens Princeps Sacerdotum, ait illi, nihil respondes? cur isti adversum te testimonium dicunt?
- 63. Jesus autem tacebat. Et respondens Princeps Sacerdotum ait illi, Adhuro te per Deum viventem, ut dicas nobis, an tu sis Christus Filius Dei.
- 64. Dicit illi Jesus, tu dixisti. Veruntamen dico vobis, a modo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis, & venientem in nubibus caeli.
- 65. Tunc Princeps Sacerdotum discidit vestimenta sua, dicens: Prolocutus est blasphemiam, quid insuper egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam ejus.
- 66. Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt, reum est mortis.
- 71. Cum autem exisset (Petrus) in vestibulum, vidit eum altera ancilla, & ait his qui erant ibi, Et hic erat cum Jesu Nazareno.
- 72. Et iterum negavit eum jurejurando; Non novi hominem.

MARC. 14.

- 55. Οἱ ἄρχιερεῖς καὶ ὅλον τὸ συνέδριον ἐζήτησαν κατ' Ἰησοῦ μαρτυρίαν εἰς τὸ θανατώσαι, καὶ οὐκ εὗρον.
- 56. Πολλοὶ γὰρ ψευδομαρτύρουν κατ' αὐτῶν καὶ ἰσχυρὰ μαρτυρεῖαν οὐκ ἔσταν.
- 57. Καὶ οἱ αἰσάντες ἐψευδομαρτύρουν κατ' αὐτῶν λέγοντες.
- 58. Ὅτι ἡμεῖς ἠκούσαμεν αὐτῶν λέγοντος, ὅτι ἐγὼ κατελύσω τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ τὸν χειροποίητον καὶ διατριῶν ἡμερῶν ἄλλον ἀχειροποίητον οἰκοδομήσω.
- 59. Καὶ ὡς ἔτις ἰσχυρὰ ἡ μαρτυρία αὐτῶν.
- 60. Καὶ αἰσάντας οἱ ἀρχιερεῖς εἰς τὸ μέσον ἐπηρώτησε τὸν Ἰησοῦ λέγων, σὺ καὶ ἀποκρίνη ἔδεν; ἔτοιμα καὶ μαρτυρεῖς;
- 61. Οἱ εἶπὼν καὶ ἔδεν ἀπεκρίνατο. πάλιν οἱ ἀρχιερεῖς ἐπηρώτησαν αὐτὸν καὶ λέγει αὐτῷ, σὺ εἶ ὁ χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ;
- 62. Οἱ Ἰησοῦς εἶπεν, ἐγὼ εἰμι, καὶ ὡς εἶπες τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ θronoῦ τοῦ θεοῦ καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τὰ νεφέλων τοῦ οὐρανοῦ.
- 63. Οἱ ἀρχιερεῖς διαρρήξας οὖν ἡτοιμάσαντες αὐτῶν λέγει, τί ἐπὶ χρεῖαν ἐχοίμεν μαρτύρων;
- 64. Ἦκούσατε βλασφημίας, τί ὑμῖν φαίνεται; οἱ πάντες κατεκρίναν αὐτὸν εἶναι ἐνοχὸν θανάτου.
- 69. Καὶ ἡ παῖδισκη ἴδεν αὐτὸν Πέτρον πάλιν ἠρώτησάν λέγει ἵνα περὶ σὺν ἰσχυροῦ, ὅτι σὺ οἶδας τὸν ἀνθρώπου.
- 70. Οἱ πάλιν ἠρώτητο.

- 55. Summi vero Sacerdotes & totum Concilium querebant adversus Jesum testimonium, ut morti traderent eum, nec inveniebant.
- 56. Nam multi falsum testimonium dixerant adversus illum, nec erant satis idonea testimonia.
- 57. Et quidam assurgebant & falsum testimonium ferebant adversus illum dicentes.
- 58. Nos audivimus eum dicentem, Ego diruam templum hoc, quod est manibus factum, & tribus diebus aliud sine manibus factum extruam.
- 59. Et ne sic quidem satis idonea erant testimonia illorum.
- 60. Et surgens summus Sacerdos in medium interrogabat Jesum, dicens, Non respondes quicquam? quid isti adversum te testimonium dicunt?
- 61. At ille tacebat, ne quicquam respondebat: Rursum summus Sacerdos interrogavit, & dicit illi, Tu es ille Christus, filius benedicti?
- 62. Jesus autem dixit, Ego sum, Et videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis, & venientem in nubibus caeli.
- 63. At summus Sacerdos dilacerans vestes suas, dicit, Quid praeerea opus habemus testibus?
- 64. Audistis blasphemiam, quid vobis videtur? Illi vero omnes condemnaverunt eum esse reum mortis.
- 69. Et ancilla cum vidisset (Petrum) rursum cepit dicere his, qui stabant, hic ex illis est.
- 70. At ille rursum negabat.

LUC.

LUC. 22.

58. καὶ μὲν βραχυῶς ἐπεὶ ἰδὼν αὐτὸν (τὸν Πέτρον) εἶπεν, καὶ σὺ εἶ αὐτῶν εἶ, ὁ δὲ Πέτρος εἶπεν, ἄνθρωπε, σὺ εἶ μί.

58. Et post pusillum alius videns (Petrum) dixit, Et tu dicit illi es, Petrus vero ait, Homo, non sum.

JOHANN. 18.

- 19. Ὁ ἄρχιερεὺς ἠρώτησε τὸν Ἰησοῦν περὶ τῶν μαθητῶν αὐτῶν καὶ περὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ.
- 20. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ἐγὼ παρρησίᾳ ἐλάλησα τῷ κόσμῳ, ἐγὼ πάντοτε εἰσάξαμι εἰς τὴν συναγωγὴν καὶ εἰς τὸν ἱερόν ὅπου πεινότε οἱ Ἰσραῆλιται σιμωρονταὶ καὶ σιμωρονταὶ ἐλάλησα ἔθεν.
- 21. Τί με ἐπερωτᾷς; ἐπερωτήσων σου ἀκηκόουσι τί ἐλάλησα αὐτοῖς, ἵνα εἰς οὐδὲν οἰδαίνω εἶπαι ἐγώ.
- 22. Ταῦτα ἡ αὐτὸς εἶπεν εἰς τὸν ἀρχιερέα, ὁ ὡς ἐλάλησα ἐλάλησα, καὶ ἄλλο τί σοι κρύβω;
- 23. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, εἰ κακῶς ἐλάλησα, μαρτυρήσων περὶ ἐμοῦ καὶ εἰ καλῶς, τί με δαίσεις;
- 24. Ἀπέστρεψεν αὐτὸν ὁ ἄνωγος δεδεμένον ὡς καὶ ἄλλοθεν τὸν δεξιῶνα.
- 25. Ἦν δὲ Σίμων Πέτρος ἐστὼς καὶ θερμαίνοντο αὐτοῦ, εἶπον ἕνα ἄλλῳ, μή καὶ σὺ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶ; ἠρηγήσατο ἐκείνῳ καὶ εἶπεν, σὺ εἶ μί.

- 19. Pontifex ergo interrogavit Jesum de discipulis suis & de doctrina ipsius.
- 20. Respondit ei Jesus, Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in Synagoga & in templo, quo omnes Judaei conveniunt, & in occulto locutus sum nihil.
- 21. Quid me interrogas? interroga eos, qui audierunt, quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt, quae dixerim ego.
- 22. Haec autem cum dixisset, unus assitens ministrorum dedit alapam Jesu, dicens, Siccine respondes Pontifici?
- 23. Respondit ei Jesus, Si male locutus sum, testificare de malo: Si bene, cur me caedis?
- 24. Et misit eum Annas vinctum ad Caipham Pontificem.
- 25. Stabat autem Simon Petrus & calefaciebat se, dixerunt ergo ei, Num & tu ex discipulis eius es? Negavit ille & dixit, non sum.

DE COAGMENTATIONE CIRCUMSTANTIARUM HUIUS HISTORIAE.

IN descriptione trinae negationis Petri videntur Evangelistae plurimum discrepare, sed accurata circumstantiarum consideratio exactam consonantiam ostendit. Cajetanus in cap. 18. Joh. apparente illa discrepantia motus, statuit Petrum septies negasse, ter a feminis interpellatum, quater a viris. Sed huic sententiae adversatur praedictio Christi: *Antequam galus bis canet, ter me negabis.* Respondet quidem Cajetanus, eum qui septies negat, etiam ter negare, sicut qui septem aureos solvit, etiam tres solvit, sed cur Christus trinam tantum negationem praedixisset, si Petrus septies negasset? res ipsa profecto ostendit, Christum exprimere voluisse certum ac determinatum negationis numerum, cui postmodum trina confessio iterum respondit Joh. 21. v. 15. & seqq. Tertiam negationem immediate excepit secundum gallicinium, post quod *ἐνθὺς* Petrus exivit, quomodo igitur pluribus quam tribus vicibus negasset? Explicandae ergo diversitates, quae in trina negatione videntur occurrere. In descriptione primae negationis omnes Evangelistae consentiunt, quod ancilla ostiaria Petrum ad eam sollicitavit, quomodo autem haec concilianda sint, quod Evangelistae verba ancillae diversimodè formant, expositum est superius. Quaesivit primum, *Num & tu es ex discipulis hominis illius?* prout Johannes interrogationem format, cum verò Petrus taceret, asserendo protulit ea, quae extant apud Matthaeum & Marcum, *Et tu cum Jesu Galileo Nazareno eras.* Tandem etiam ad alios rem detulit, ut ab occulto illo Christi discipulo sibi caverent. *Et hic cum illo erat,* prout Lucas verba recenfer. Illud alicui dubium movere posset, quod Lucas dicit, ancillam vidisse Petrum *sedentem ad lumen* ac calefacientem se, Johannes verò ait,

Petrum stantem se calefacisse. Sed fieri potuit, ut Petrus primò sederet, excitatus autem quaestione ancillae & abitum meditatus surgeret, hunc enim ordinem ipsa Evangelistarum descriptio monstrat, siquidem Lucas ante negationem dicit, Petrum cum ministris igni assedisse. Johannes verò post negationem dicit, ipsum stantem se calefacisse. In descriptione secundae negationis major videtur diversitas occurrere. Matthaeus dicit, quod *facta fuerit ad vocem ancillae.* Lucas, quod *ad vocem patris* in masculino. Johannes, quod *ad vocem plurimum.* Præterea Marcus videtur mentionem facere unius tantum ancillae, quae eadem iterum compellaverit Petrum, simpliciter enim dicit *ἡ παιδίσκη*, quin imò addit particulam *πατρὸν*, iterum eum vidit, quae omninò videtur probare, ab eadem ancilla ostiaria Petrum secundà vice ad negationem fuisse sollicitatum. Sed Matthaeus disertè testatur, *ἄλλην παιδίσκην* ad Petrum accessisse. Denique Matthaeus dicit, quod Petrus *ἐξελθὼν εἰς τὸν πυλῶνα* in ipso exitu januae ab ancilla fuerit compellatus, Johannes autem dicit, quod Petrus *stans ad ignem* secundà vice negaverit. Hisce difficultatibus quidam respondens sufficere, quod Evangelistae in scopo principali conveniant, videlicet in numero negationum, licet in descriptione quarundam circumstantiarum discrepent. Sed haec solutio est insufficientis, certum enim est, Spiritum sanctum, utpote Spiritum veritatis, ne in minutissimò quidem apice sibi esse contrarium. Quod igitur attinet primum *ἐναντὶ τοῦ πατρὸς*, dicendum, Johannem illud optimà ratione conciliare. Matthaeus & Marcus denuò introducunt ancillam alloquentem Petrum, Lucas in masculino dicit, & *alius videns eum*.

Harm. Tom. III, vel Gerhard. Cont. pars quarta.



dixit. Johannes hæc omnia conciliat, in plurali scribens. *Dixerunt ei,* ut manifestum fiat, non unam tantum ancillam, sed plures personas esse Petrum. allocutas, inter quas fuit ancilla ostiaria, cujus meminit Marcus, quæ denuò aggressa est Petrum his verbis: *Hic est ex illis,* scilicet discipulis Christi, item ancilla altera, cujus meminit Matthæus, quæ conservæ assertionem confirmans subjecit. *Etiã hic cum Jesu Nazareno erat.* Illius verba excepit minister, cujus mentionem facit Lucas, qui Petrum tacentem ac tergiversantem animosè compellat. *Etiã tu ex illis es,* quorum omnium summam complectitur Johannes dicens *complures Petrum* interrogasse. Num & tu ex discipulis illius es? ex quo simul apparet, quid ad secundum *ἐναντιοφάνης* respondendum sit. Quidam monent, Evangelistas non semper exquisitè usos articulis, ideoque verba apud Marcum de altera quadam ancilla esse accipienda, ita ut articulus η accipiatur non ἀναφορικώς sed ἀοριστως pro *παίδισκη τις* sed adverbium *πάλι* omninò videtur convincere, eandem ancillam secundâ vice Petrum compellasse. Sicut & Sy-

rus notanter vertit, *Vidit eum rursus puella illa,* nisi quis fortè τὸ *πάλι* ad interrogationem potius quam ad interrogantem referre velit, quo modo versiculo proximè sequente apud Marcum accipitur, quando astantes *πάλι* Petro dixisse leguntur, *verè tu ex illis es.* Verisimile est, ait Lyranus, quod multi ad illa verba ancilla concurrerint circa Petrum & consimilia verba proculerint ad accusandum, unde factum, ut unus Evangelista unam personam nominet, alius aliam, unam scilicet vel plures. Quòd autem Matthæus dicit, Petrum negasse *ἐξ ἐλλόθεν εἰς τὸν πύλωνα* id intelligendum, quòd præparaverit se ad exitum, quia enim adhuc in domo erat, nec ab igne longius recesserat, ideo Johannes dicit, quòd prope ignem facta sit illa negatio, vel commodius dici potest, Petrum prope januam ab ancilla compellatum, fuisse hac voce iterum ex abitu retractum, ut denuò ad ignem rediret, cumque vox, quæ ab ancilla manaverat, excepta esset à viris astantibus, qui Petrum suis quaestionibus & sollicitationibus aggressi sunt, inde factum, ut denuò negaret Petrus & quidem cum juramento.

Harmonia hujus Historia.

Ὁν δὲ χειρεὺς ἠρώτησε τὸ Ἰησοῦν περὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ καὶ περὶ τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ, ἀπεκρίθη αὐτῷ οἰσησθε, ἐγὼ περὶ ἧσθε εἰλάλησθε τῷ κόσμῳ, ἐγὼ πάντοτε ἐδίδοχα ἐν τῇ συναγωγῇ καὶ ἐν τῷ ἔσω, πᾶς πάντοτε οἱ Ἰουδαῖοι συνέρχοντο) καὶ ἐν κεντῷ ἐλάλησα ἡδὲν, π με ἐπερωτῆσθε; ἐπερωτησὼν δὲ τὸν εὐκκοπιστὴν εἰλάλησα αὐτῷ, ἰδὲ ἔτι οἶδα (ὡς εἶπον ἐγὼ, πῶτα) ἢ αὐτῷ εἶπον ἐς τὸ ἴσθαι ἡρωτῶν παρεσηκῶς ἐδωκεν ἰσπισμα τῷ Ἰησοῦ εἶπον, ἔτι δὲ δὲ τὸν δὲ χειρεὺς; ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, εἰ κακῶς ἐλάλησα, μαρτυροῦσθαι ἔτι κακῶς, εἰ ἢ καλῶς, π με δαίρεις; ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, δεδεδυμένον παρὸς καὶ αὐτῶν τῶν δὲ χειρεὺς, καὶ ἡ παιδίσκη ἰδῶσα τὸν Πέτρον πάλιν ἠρώτησεν λέγουσα παρεσηκῶσιν, ὅτι ἔτι ἐξ αὐτῶν ἐστίν. ἐξελθὼν δὲ αὐτὸν εἰς τὸν πύλωνα εἶδεν αὐτὸν ἀλλήλῃ λέγουσα εἰς ἐκείνῃ καὶ Ἰησοῦς Ναζωρεῖν. καὶ καὶ βραχὺ ἐπερῶσθαι αὐτὸν εἶπον, καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ. καὶ Ἰησοῦς μὴ καὶ (ὡς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶ; ὁ ἢ ἐκεῖν) Πέτρος πάλιν ἠρώτησεν (κατ' ἠρώτησεν) μεθ' ὅρκου καὶ εἶπεν, ἀνθρώπε σὺ εἶμι, ὅτι σὺ οἶδα τὸν ἀνθρώπον. οἱ δὲ δὲ χειρεὺς καὶ οἱ παρῶν ἐπερωτῶν καὶ ὅλον τὸ συνέδριον ἐξήτησεν ψεύδομαρτυροῦσθαι καὶ Ἰησοῦς, ὅπως αὐτὸν ἰσπασθῶσιν (εἰς τὸ ἴσθαι αὐτῶν) καὶ ἐχέουρον (σὺ εὐελπιστοῖ) ἐπὶ πολλῶν ψεύδομαρτύρων παρῶν τῶν Ἰουδαίων καὶ ἑβραίων, πολλοὶ δὲ ψεύδομαρτύρων καὶ αὐτῶν καὶ ἰσπασθῶσιν ἑβραίων καὶ ἰσπασθῶσιν ἑβραίων, ἕσπερον ἢ δύο πινες ψεύδομαρτύρες ἀναστάντες καὶ παρῶν τῶν ἑβραίων καὶ αὐτῶν λέγοντες (καὶ αὐτῶν εἶπον) ὅτι ἡμεῖς ἠμεῖς (καὶ αὐτῶν λέγοντες, καὶ) ἐπερωτῶσθαι, ὅτι ἐγὼ δὴ αὐτῶν καὶ καὶ αὐτῶν (καὶ) καὶ αὐτῶν τὸν ναὸν τῶν ἑβραίων καὶ χερροποιῶν καὶ Δαυὶδ τῶν ἡμερῶν οἰκοδομήσθαι αὐτῶν, ἀλλὰ ἀχρηστοποίησθαι οἰκοδομήσθαι ἐπερωτῶσθαι ἡ μαρτυροῦσθαι αὐτῶν καὶ ἀσπασθῶσθαι δὲ χειρεὺς εἰς τὸ μέσον ἐπερωτῶσθαι τὸν Ἰησοῦν λέγων (καὶ) εἶπεν αὐτῶν, σὺ δὲ τὸν δὲ χειρεὺς; π εἶπον (καὶ) καὶ μαρτυροῦσθαι; ὁ ἢ Ἰησοῦς εἰ ἰσπασθῶσθαι εἶδεν ἀπεκρίναται, καὶ πάλιν ὁ δὲ χειρεὺς δὲ τὸν δὲ χειρεὺς αὐτῶν καὶ λέγουσθαι (εἶπεν) αὐτῶν, (ὡς) εἰ ὁ χειρεὺς ὁ ἢ εὐλογοῦσθαι; ἐξορκίζῶ σε καὶ Ἰησοῦς εἶπεν, ἵνα ἡμῖν εἴπησθαι, εἰ σὺ εἰ ὁ χειρεὺς ὁ ἢ εἶπεν; ὁ ἢ Ἰησοῦς λέγουσθαι (εἶπεν) αὐτῶν, (ὡς) εἶπας, ἐγὼ εἶμι. πλλὲν λέγουσθαι ἡμῖν, ἀπ' ἀπὸ οὐρανοῦ τὸν υἱὸν τοῦ ἀβραάμ καὶ Ἰακώβου ἐκ δεξιῶν τῶν δὲ δὲ χειρεὺς εἰς τὸν πύλωνα αὐτῶν καὶ λέγουσθαι ἡμῖν ὅτι εἰσπασθῶσθαι αὐτῶν, π εἶπον χεῖρας ἐχομένους μαρτύρων; ἰδὲ νῦν ἡμεῖς εἶπον τῶν εἰσπασθῶσθαι αὐτῶν (πῶν) πλλὲν εἰσπασθῶσθαι αὐτῶν, π ἡμῖν δοκεῖ (φαίνεται); οἱ ἢ πάντες κατὰ κληρῶν αὐτῶν εἶπον εἰσοχὸν Ἰουδαῖα (καὶ) δὲ τὸν κληρῶν εἶπον, ἐνοχῶ Ἰουδαῖα εἶπον.

Pontifex ergo interrogavit Jesum de discipulis suis & de doctrina ipsius. Respondit ei Jesus: Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in Synagoga & in templo, quòd omnes Judæi conveniunt & in occulto locutus sum vobis. Quid me interrogas? interrogacos qui audierunt, quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt, quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixisset, unus assistens ministrorum de dit aliam Jesu, dicens: Sicine respondes Pontifici? Respondit ei Jesus, Si male locutus sum, testificare de malo: si bene, cur me cadis? Et misit eum Annas vinculatum ad Caipham Pontificem. Et ancilla cum vidisset Petrum, rursus cepit dicere bis, qui astabant: Hic ex illis est. Cum autem exisset in vestibulum, vidit eum altera ancilla, & ait bis, qui erant ibi: Et hic, cum Jesu Nazareno. Et post pusillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Stabat autem Simon Petrus & calefactiebatur se, dixerunt ergo ei, Num & tu ex discipulis ejus es? Ille verò Petrus iterum negavit cum jurejurando, & dixit: Homo, non sum, non novum hominem. Principes autem Sacerdotum & Seniores & totum Concilium quærebant falsum testimonium contra Jesum, ut morti eum traderent, nec inveniebant. Etiam cum multi falsi testes accessissent, non inveniebant. Nam multi falsum testimonium dixerant adversus illum, nec erant satis idonea testimonia. Novissime autem duo quidam falsi testes assurgunt, & venientes falsum testimonium ferebant adversus illum, dicentes: Nos audivimus eum dicentem & hic dixit, possunt destrucere & diruam templum hoc Dei, quòd manibus factum est, & in triduo edificare illud, extruam aliud sine manibus factum. Et ne sic quidem satis idonea erant testimonia illorum. Et surgens Princeps Sacerdotum in medium interrogabat Jesum, dicens ei, Nihil respondes? (Non respondes quicquam) quid isti adversum te testimonia dicunt? Jesus autem tacebat, ne quicquam respondere. Rursus summus Sacerdos respondens, interrogavit eum, & dicit illi: Tu es ille Christus, filius benedicti? Adjuro te per Deum viventem, ut dicas nobis, an tu sis Christus Filius Dei? Dicit illi Jesus, Tu dixisti, ego sum. Veruntamen dico vobis, à modo videbitis Filium hominis, sedentem à dextris virtutis, & venientem in cum nubibus caeli. Tunc Princeps Sacerdotum disciit vestimenta sua & dilacerans vestes suas, dicit, Prolocutus est blasphemiam, Quid insuper egemus tibi? ecce nunc audisti blasphemiam ejus. Quid vobis videtur? Illi verò omnes condemnaverunt eum esse reum mortis, ac respondentes dixerunt, reus est mortis.

Exegetis hujus Historie.

Jerem. 29. v. 2. de Passur summo Pontifice V. T. commemoratur, quod Jeremiam Prophetantem sermones Domini percussisset & in carcerem conjici, inque eodem usque in diem sequentem custodiri mandaverit. In capit. præced. 18. v. 18. de eodem refertur, quòd cum Collegis suis Sacerdotibus contra Jeremiam consultaverit, innixus hoc fundamento, quod Collegium Sacerdotum utpote sedens in cathedra Aaronis divinitus instituta non possit errare. *Venite (inquiunt) cogitemus contra Jeremiam cogitationes. Non peribit lex à Sacerdote, nec, consilium à sapiente, nec sermo à Propheta. Venite & percutiamus eum lingua & non attendamus universos sermones ejus.* Quod verò ibi Jeremiam obtigit, illud Christo Jeremiam antitypo & omnium Prophetarum Domino, Prophetæ magno, Deut. 18. v. 18. in Historia passionis itidem accidit. Pontifices, Scribæ, Pharisei ac Seniores adeoque omnes summi Synedrii Assesores contra ipsum congregantur, falsos testes contra ipsum producant, ac lingua ipsam percutere constituunt, nihil quicquam curantes universos Christi sermones Apologeticos, ac falso sibi persuadentes, iudicium suum esse infallibile. Describitur hæc Sacerdotum contra Christum injuria in præfente pericope, cujus partes sunt quatuor. 1. De discipulis & doctrina Christi interrogatio. 2. Secunda Petri negatio. 3. Falsorum testium contra Christum productio. 4. Blasphemiam Christo facta inrentatio.

I. *Examen de doctrina & discipulis Christi.* Stabat Christus coram Concilio Sacerdotum, Scribarum & Seniorum, qui omnes in domo Caiphæ conveniant. Simulant illi, sese legitimam cognitionem causæ suscipere velle ἐρωτῶσι (inquit Chryl. hom. 84. in Matth.) βυζύριοι ὁρῆμα περὶ δεινῆς τῆς Ἰησοῦ τῆς ἀναστρέψεως, Pontifex igitur actionis initium facit & Christum de discipulis suis & de doctrina sua interrogat. Quòd de discipulis prius interrogat, id posset sic accipi, quòd probri loco ipsi objecerit prodicionem Judæ, negationem Petri & fugam reliquorum Apostolorum, sicut Chryl. ostendit, quia nullum crimen Christo inferre poterant, de discipulis interrogabant, ac præbet hæc explicatio utilem doctrinam, quòd hostes veritatis Evangelicæ vitia quorundam auditorum ipsi Evangelio & confessoribus ejus imputare soleant. Sed quia coram Pilato seditionis Christum postea accusant, ideò hæc pars quæstionis rectius eò refertur, quòd Pontifex sibi hoc voluerit, collectionem illam discipulorum magnam speciem seditionis præ se ferre, qualem haud ita pridem excitaverint Judas Galilæus & Theudas Act. 5. v. 36. & 37. Sæpius aliquot millia hominum Christum docentem & miracula facientem in desertum secuta fuerant, quærit igitur Pontifex, an non manifestum hoc sit indicium, quòd seditionem animo fuerit meditatus? Postea etiam interrogat de doctrina ipsius. Quidam intelligunt, Pontificem sibi hoc velle, Quâ autoritate & potestate Christus docuerit, cum à Synedrio nec vocationem nec confirmationem acceperit, sicut etiam cum

ante triduum in templo doceret, ex ipso quæsi-
rant. *In quâ ἐξουσία hæc facis, & quis tibi dedit hæc potestatem?* Matth. 21. v. 23. Marc. 11. v. 27. Luc. 20. v. 1. Sed ex responsione Christi colligitur, non tam de autoritate docendi, quàm de qualitate doctrinæ Pontificem quæsiuisse, hoc sensu. Qualem doctrinam hæcenus auditoribus ac discipulis tuis proposuisti? Sæpius ingressus es loca deserta, re ipsa igitur ostendisti, doctrinam tuam esse clandestinam & fugere lucem. Nec convenit doctrina tua cum traditionibus majorum, nova igitur & hæretica merito censei debet. Sic ergo duo crimina omnium gravissima in hac prima actione Christo à summo Sacerdote nomine totius Concilii intentantur. Neque enim ulla graviora crimina excogitari possunt, quàm *seditio & hæresis*, quorum prius corpora, posterius verò animas hominum perdit. Quamvis verò hoc iudicium contra Christum institutum videatur quoad externam speciem gravissimum, conveniunt enim primarii in populo Dei, videlicet Sacerdotes, Pharisei, Scribæ, Seniores &c. conveniunt nocturno tempore, ut de sua diligentia nihil reliqui fecisse videantur, examen instituunt, ne conquiri possit Christus, se non auditum esse condemnatum; cum ad testimonia auditorum Christus provocasset, testes in medium prodire jubent, tandem etiam Pontifex adjurat Christum, ut veritatem intrepidè proferat, tamen, si rem rectè aestimemus & interiora hujus iudicii penetremus, est hæc agendi contra Christum ratio valdè præpostera, idque multis modis, siquidem primo ab executione processum incipiant. Miserant cohortem militarem ad Christum capiendum, adduxerant eum vinctum & ligatum, nunc deum de crimine inquirunt, qualem doctrinam discipulis proposuerit. Præterea æquum erat, ut capita accusationis ordine Christo proponerentur, & ad singula respondendi potestas ipsi daretur, jam verò insidiosis quæstionibus ipsum illaqueare conantur, interrogant enim hoc fine, ut ansam aliquam accusandi ex responso Christi colligant. Cyrill. in hoc loco *ideo de doctrina quærit, quia volebat ipsum aliquid dicere, quòd legi Moysi esset contrarium, ut tanquam blasphemum eum morti adjudicaret.* Tertio gravissima crimina seditionis & hæreseos Christo tribuunt, quòd clanculum ad se congregavit discipulos, hisque seditiosa & hæretica instillarit, ut cum satis virium collegerit, incipiat publicè virus suum evomere, ac politiam & Ecclesiam turbare; nec tamen ullo teste isthæc probare possunt toties in lege Mosaica admoniti, quòd *in ore duorum vel trium testium consistere debet omnne verum*, Deut. 17. v. 6. cap. 19. v. 15. Quarto jam antè constituerant Christum morti adjudicare, Matth. 26. v. 4. Marc. 14. v. 1. Luc. 22. v. 2. Joh. 11. v. 53. nunc verò dicis tantum causam, ut Deo & hominibus illudant, legitimam iudicii formam contra ipsum instituire videre volunt. Chryl. hom. 84. in Matth. *αὐτοὶ κατηγοροῦντες αὐτοὶ καταδικάζουσιν, οὐκ οὐκ ἔστιν ἰσχυροὶ πάντοι γινώσκοντες τὸν. Ipsi accusabant, ipsi disceptabant, ipsi sententiam ferebant, omnium*

omnium officia tunc occuparunt. Denique Pontifices, Pharisei & Seniores verè erant hæretici & seditiosi, corruerant sinceritatem doctrinæ cœlestis fermento humanarum traditionum, corruptelis manifestis legem divinam depravarant, promissiones Evangelicas de Messia ejusque beneficiis pessimè adulterarant, quin & hoc unum agebant, ut oppressis Romanis ipsi rerum in populo vicissim potirentur, ne tamen verentur hi in summo gradu hæretici & seditiosi inverso ordine Christum istorum criminum reum peragere, qui cum veritate doctrinæ etiam obœdientiam erga Magistratum auditoribus suis inculcabat. Quod si eandem hodiè fabulam mutatis tantum personis agi, hoc est, præposteram & illegitimam processum formam contra Christi confessores institui videmus, cogitemus, *discipulum non esse supra Magistrum, nec servum supra Dominum*, Johan. 15. vers. 20. Postquam Judæi in potestatem Romanorum redacti erant, potestas irrogandi pœnas capitales ipsis simul fuerat adempta, sicut coram Pilato publicè fatentur. *Nobis non licet interficere quemquam*, Joh. 18. v. 31. interim tamen, ut quædam autonomia & libertas religionis ipsis relicta, ita quoque potestatem aliquam habebant, illos qui contra legem Mosaicam deliquerant, minoribus & manifestis pœnis afficiendi, proinde pœnam capitalem Pseudopropheta constitutam Deuteron. 13. v. 5. non poterant eo tempore ipsimet irrogare, sed damnatum hæreseos ad Præsidentem Romanum ducebant, executionem & supplicii capitalis irrogationem peturi, vel genus pœnæ mutabant, sicut Paulus dicit, *se à Judæis quinquies quadraginta plagis unâ minus accepisse*, 2. Cor. 11. v. 24. vel in tumultu sine ordine iudicii in eum, quem judicaverant hæreticum, irruerant, sicut Stephano contigit Act. 7. v. 58. quem tumultuoso impetu extra civitatem ejectum lapidabant. Ex eo facile intelligitur, quo fine de discipulis & doctrina Pontifex Christum interrogavit, hoc est, crimen seditionis & hæreseos ipsi intarant. Quia in Pseudopphetam capitalis pœna divinitus erat constituta, judicavit scopum interficiendi Christum non posse citius obtineri, quam si hæreticum illum pronunciarent. Sed quia supplicium capitale sine consensu & ratificatione Præsidis Romani irrogare non poterant, isque controversas religionis parùm curabat, ideò crimini hæreseos accusationem seditionis implicarunt, quam à Præside Romano graviter puniri noverant, Luc. 13. v. 1. Sanè quidam statuunt, de sola hæreseos accusatione hanc quæstionem de doctrina & discipulis Christi intelligendam esse. Sed ipsa quæstionis forma, in qua etiam discipulorum sic mentio & repetitio accusationis coram Pilato manifestè ostendunt, seditionis accusationem huic examini involutam fuisse. Habebat etiam utrumque accusationis caput magnam speciem. Quamvis enim ab utroque crimine Christus quàm longissimè abesset, tamen corruptelas doctrinæ publicæ Sacerdotum autoritate receptas acriter taxaverat & ingentem populi multitudinem quandoque secum duxerat, id quod malevoli novitatem & seditionem interpretabantur, unde coram Præside Pilato eadem accusationis capita postea repetunt. Hæc omnia Christus propter nos sustinuit. Primi Parentes seditionem contra Deum excitaverant & à verbo ejus recesserant.

Utigitur pro peccato ipsorum in omnes posteros per carnalem generationem propagato satisfieret, Christus innocens seditionis & apostasias à verbo accusatus fuit. Porro quamvis non mereatur *audire veritatem*, qui non discendi animo sed fraudulenter interrogat, uti rectè Hieronymus censet, Christus tamen fraudulentæ Pontificis quæstioni aperte & solidè respondet: *Ego palàm locutus sum mundo, παρρησία, quasi παρρησία, est ingenua loquendi libertas*, quâ omnia necessaria & utilia liberè profertur. Sic cum Christus de passione & crucifigione sua palàm & aperte sine ulla circuitione & nullo habito respectu scandali in cordibus Apostolorum, loqueretur, Marcus dicit cap. 8. v. 32. *παρρησία, verbum loquebatur*, quod Interpres vertit, *palàm loquebatur* Johan. 7. v. 13. cum propter metum Judæorum quidam non auderent Christum publicè confiteri, dicit Evangelista, nemo *παρρησία*, loquebatur de illo, Johan. 10. v. 34. dicunt Judæi: *Si tu es Christus, dic nobis παρρησία*, verbis perspicuis & disertis, quo sensu etiam alibi in N. T. accipitur, Joh. 11. vers. 54. cum Christus fecerit quæreret, nec in publico omnium conspectu in Judæa ambularet, dicit Evangelista, quod non amplius *παρρησία*, ambulaverit inter Judæos. Syrus habet *נבדד דבב in revelatione & manifestatione*, hoc est, palàm & aperte. Sensus igitur hic est. Ego verbis disertis & perspicuis nullâ habitâ ratione periculorum, odiorum & persecutionum veritatem doctrinæ cœlestis proposui, corruptelas legis & promissionem de Messia publicè taxavi; non in conventiculis, sed in publico docui &c. cujus rei ipsimet Pharisei testimonium ei perhibent Matt. 22. v. 16. *Scimus, quod verax es & viam Dei in veritate doces*, & non est tibi cura de aliquo, non enim respicis personam hominum. Ac videtur Christus alludere ad dictum Proverb. 1. vers. 20. *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam*, ubi in Græco legitur, *ἐν πλατείαις παρρησίαν ἀγεί*. Quod autem Christus addit *se mundo*, id est, universis in hoc mundo locutum esse, id accipiendum eo modo, quo Christus Marc. 16. v. 15. discipulis præcipit, *ut prædicent omni creaturæ*, hoc est, omnibus in mundo hominibus citra ullum discrimen gentis, nationis, status &c. quo quot audire voluerint. Quamvis enim Christus præcipuè in Judæa & Galilæa prædicavit, unde etiam *minister circumcisionis* dicitur Rom. 15. v. 8. ac neget, *se semissum nisi ad oves perditas domus Israeliticæ* Matth. 15. vers. 24. tamen aliquoties ad fines gentilium secessit, & promiscuè auditorum turbæ sine scrupulosa Judæorum ac gentium discretione concionatus est, quod ipsum innuit, quando se mundo locutum esse asserit, unde etiam Syrus reddidit. *Ego aperte locutus sum, ΝΒΥ ΝΥ cum populo. Ego semper docui in Synagoga & in templo, quò omnes Judæi conveniunt & in occulto locutus sum nihil.* Unicum duntaxat Hierosolymis erat templum, in quo Sacerdotes quotidianâ sacrificia offerebant ac populum docebant, ad quod ex tota regione Judææ quotannis tribus vicibus omnes masculi conveniebant Exod. 23. vers. 14. Deut. 6. v. 16. in hoc templo Christum sapissimè docuisse Evangelica testatur Historia, Matth. 21. vers. 23. Marc. 12. v. 35. Luc. 19. v. 47. &c. Sed ut in reliquis Judææ civitatibus, ita quoque in metropoli Jerusalem præter templum erant Syna-

Synagoga, in quibus itidem Prophetica scripta populo fuerunt prælecta & expofita, ut colligitur ex his verbis Christi, ubi Hierofolymis exiftens de ipforum Synagoga loquitur & ex Joh. 9. v. 22. ubi confpiraffe dicuntur Judæi, ut si quis confiteretur *Jeſum eſſe Chriſtum, ex Synagoga ejiceretur*. In reliquarum urbium Synagogis Chriſtum sæpius docuiſſe, itidem paſſim teſtantur Evangeliftæ, Matth. 4. v. 23. cap. 9. v. 35. cap. 12. v. 9. &c. an autem Hierofolymitana Synagoga fuerit pars quædam templi, an verò peculiare auditorium ſive lectorium à templo diſtinctum, non eſt clarè indicatum. Chriſtus hoc loco videtur innuere fuiſſe peculiarem quandam locum à templo ſeparatum. Synagoga lectio- nibus, concionibus & precibus publicis deſtina- ta erant, ideò in ſingulis Judææ civitatibus erant Synagoga, ſed in tota regione Judææ unicum dun- taxat erat templum ſacrificiis cumprimis deſtina- tum. Chriſtus igitur hoc loco dicit, ſe non ſolum in Synagoga Hierofolymitana & reliquarum urbium Synagogis, ſed etiam *in ipſo templo publicè docuiſ- ſe, quòd omnes Judæi conveniunt*, ut examine illo de doctrina ac diſcipulis nequaquam ſit opus. Quod addit, *ſe in occulto nihil eſſe locutum*, id repugnare videtur ei, quòd Marc. 4. v. 10. Chriſtus cum eſſet *κατακρυβας*, diſcipulis parabolas explicaffe legitur. Sed ſciendum eſt, Chriſtum hinc loqui de ipſo gene- re doctrinæ, quæ non fuit quibusdam in occulto ſolum propoſita, ſicut Eleuſina ſacra, ſed publicè omnibus, qui audire modò voluerunt, inculcata. Quamvis enim Chriſtus quandoque privatim ſine arbitris cum Apoſtolis locutus fuerat, tamen non fuit aliud genus, nec alia quædam, ut ita loquar, ſub- ſtantialia doctrinæ, quàm quæ publicè fuerunt etiam aliis expoſita; diverſa fuit docendi forma, ſed ipſa ſubſtantia doctrinæ eadem ſemper manſit, ne- que enim aliud, ſed aliter diſcipulos Chriſtus do- cuit, quinimò expreſſum dedit eis mandatum, ut quod *in tenebris ipſis dictum erat, in lumine dicerent, & quod in aurem audierant, ſuper tecta prædicarent* Matth. 10. verſ. 20. Luc. 12. verſ. 3. & eo ipſo in loco, ubi privatim Chriſtus Apoſtolos inſtituit, paulò poſt ſubjungitur Marc. 4. verſ. 21. *Nunquid venit lucerna, ut ſub modio ponatur aut ſub lecto? nonne ut ſuper candelabrum ponatur?* verſ. 22. *Non enim eſt aliquid abſconditum, quod non manifeſtetur, nec ſciltum eſt occultum, ſed ut in lucem veniat, ne ex- iſtimarent myſteria regni cœleſtis eo ſine priva- tim ſibi tradi, ut à reliquis eadem abſconderent.* Auguſtinus tract. 113. in Johann. *Quod Chriſtus loquebatur diſcipulis modo quodam palàm erat & modo quodam non erat palàm. Palàm quippe erat, quia multi audiebant; & rurſum non erat palàm, quia non intelligebant; & quòd ſeorſim diſcipulis loque- batur, non in occulto utique loquebatur. Quis enim in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loqui- tur, præſertim ſi hoc loquitur paucis, quod per eos vult innoſcere multis &c.* verba illa, *in occulto locutus ſum nihil*, repetit Chriſtus ex Eſai. 45. verſ. 19. ubi verus ac æternus Deus creator cœli ac terræ dicit: *Non in abſcondito locutus ſum, in loco terræ tenebroſo, ubi LXX. habent, εν εν κρυβησιν* *Φηλεαχρηα*. Chriſtus igitur hæc verba coram Pontifice repetens remittit eum ad locum illum Eſaiæ, ac docet, ſe eſſe verum illum ac æternum Deum creatorem cœli ac terræ, qui per Eſaiam

Harm. Tom. III. vel Gerbard. Cont. pars quarta.

hæc verba olim protulit, eademque in propria perſona hoc loco reperit; ac in capite illo ſub perſona Cyri de Meſſia ejuſque beneficiis præclarum extar- vaticinium, res ipſa luculentè oſtendit. Obser- vandum verò, quàm emphaticè Chriſtus neget, doctrinam ſuam eſſe clandestinam aut ſeditionis ſuſpectam. 1. dicit, ſe locutum eſſe *παρρησια*, palàm & apertè. 2. non paucis quibusdam ſed *τω κοσμο*, omnibus in mundo hominibus. 3. in Synagoga, qui locus ad docendum & concionandum fuit deſtina- tus. 4. in templo ſolenni & publico loco. 5. quo omnes Judæi conveniunt. 6. ſe ſe quicquam in occulto locutum eſſe negat, quaſi datà operà & conſilio non bono celare vellet, quæ paucis intra parietes dicebat. Confidenter igitur ſubjungit. *Quid me interrogas? interrogas eos qui audierunt, quid locutus ſum ipſis. Ecce hi ſciunt, quæ dixerim ego.* Accuſat Chriſtus præpoſteram judicij formam, quòd ab execu- tione initium facientes de doctrina poſtmodum interrogent. Judicij hoc eſt officium, ut certum aliquod crimen proponat reo, propter quod in vincula ſit conjeſtus vel ad tribunal adductus, ſi reus id negaverit, teſtibus eſt agendum, hic verò Caiaphas nec certum aliquod crimen objicit, nec teſtes producit, ſed inſidioſis quaſtionibus agit, officij igitur ſui admonetur ac præpoſteri proceſſus accuſatur. Probè noverat Chriſtus, varios ac di- verſos ſibi hæcenus fuiſſe auditores. Judas peni- tūs defecerat, Petrus negaverat, reliqui Apoſtoli auſugerant ac præ metu ne hiſcere quidem aude- bant; in turba reliqua quidam fuerant otioſi mira- culorum ſpectatores, quidam peſſimi calumniato- res, quidam timidi miſſitatores &c. nequaquam igitur Chriſtus, quando ad auditores provocat, hu- mano teſtimonio confidit, eo enim ſenſu negat, *ſe ab homine teſtimonium accipere*, Joh. 5. v. 34. neque do- ctrinam ſuam auctoritati humanæ ſubjicit, ſed ini- quum proceſſum arguit & in privatis locis ſeſe muſ- ſitaſſe ac ſeditioſa ſpariſſe negat, id quod vel audi- torum teſtimonio, quicumque ſanè illi ſint, mani- feſtum fieri poſſit. Cur autem de diſcipulis nihil re- ſpondet? Quidam exiſtimant, id inde factum, quòd non potuerit de illis multum gloriari, cum prima- rius ipſorum præſentibus omnibus ipſum nega- verit, alter penitūs defecerit, reliqui fugà dilapſi fu- erint. Quidam reſpondent, Chriſtum noluiſſe di- ſcipulos ſuos ad perniciem ipſorum manifeſtare. Sunt qui putent, Chriſtum in media reſponſione, alapà à miniſtro percuſſum, voluiſſe potiùs reſpon- dere percuſſori, quam Pontifici. Sed cum quaſtio Pontificis de diſcipulis eò ſpectarit, quòd Chriſtus clanculum diſcipulos congregans ſeditionem mo- litus fuerit, ideò ad utrumque quaſtionis caput pla- nè & plenè Chriſtus reſpondiſſe dicendus eſt. Dum enim negat *ſe in occulto locutum*, eo ipſo etiam ne- gat ſeditionis molitionem ſibi impingi poſſe, *qui enim malè agit, odit lucem* Joh. 3. v. 20. qui ſeditio- ſas & hæreticas doctrinas ſpargit, non in pu- blico docet, ſed in tenebris muſſitat ac latebras quærit. Sanè impia doctrina quandoque itidem publicè docetur & propugnatur, ſed armata bra- chio ſeculari, interim quia non poteſt ferre libe- rum ex verbo Dei judiciam, ideò in occulto pro- poni dicenda eſt, ſi vel maximè in publica luce propugnatur. *Veritas enim nihil metuit niſi abſcondi, lex autem que probari ſe non vult merito ſuſpecta eſt.*

ut Tertull. in Apolog. loquitur. Discant autem Ecclesiæ ministri officio prædicandi eo modo fungere possint, proinde non mustent privatim in angulis, sed publicè doceant. De Pseudo apostolis conqueritur Paulus. 2. Tim. 3. v. 6. *quod perreptent domos & captivas ducant mulierculas*, de se autem & sinceris Evangelii præconibus dicit, Roman. 1. v. 6. *non me pudet Evangelii*. Auditores etiam eà attentione auscultent, ut doctrinæ Ministrorum publicè sonanti testimonium perhibere possint. *Hæc autem cum dixisset Christus, unus assistens ministrorum dedit ipsi alapam, dicens? Sicinè respondes Pontifici? ῥάπισμα* Grammatici dicunt esse ictum, qui virgâ, baculo vel fuste incutitur à ῥάπισ, quod idem est Hefychio quod ῥάδος virga. ῥάπισ δὲ à Plutarcho in Themistocle usurpatur pro virga cedere, fuste percutere, &c. Et quia ῥάδος Græcis Romanarum rerum Scriptoribus idem sunt quod Latinis fasces, cogitari potest, hunc ministrum fascibus, quos Pontifici in signum Magilstratus more Romano præferbat, Christi faciem percussisse, erant autem fasces, ut ex Plutarcho problematibus constat, *duæ perticæ*, ex quibus fasciculi virgarum cum securi inclusa dependebant. Sed quia incertum est, an fascibus illis Pontificum ministri usi fuerint, ideò in genere de ictu bacilli exponi potest. Improbatur hanc expositionem Petrus Faber lib. 1. agon. cap. 19. ex eo quod Matth. 5. v. 39. maxilla fiat mentio, *quam non bacillis uspiam gentium verberari, sed pugnis alapisve ductis cædi solitam nemo ignoret*. Ipse autem vertit *virgis cedere*, eò quod in Gymnicis certaminibus virgis caderentur segniores. Sed nec virgarum ictus in faciem propriè, sed in verticem diriguntur, ac locus Mich. 5. v. 1. ostendit apud Judæos usitatum fuisse, baculo maxillam percuti. LXX. utuntur hac voce in vaticinio de Christo, Esai. 50. v. 6. *dedit genas meas eis ῥάπισμα* ubi in Hebræo est *דוּרְדוּר* vellentibus ac decapillantibus, est enim à *דור* radicitus evulsit pilos, depilavit. Quia verò *ῥάπισμα* Osee 11. vers. 5. ac Matth. 5. vers. 39. in genere accipitur pro ictu maxillæ incusso ideo vulgata rectè reddidit, *minister dedit Jesu alapam*, hoc est, palmâ in maxillam colaphum ei impexit, sicut & Suidas dicit, ῥάπισμα esse *πατάσαι τὴν γνάθον ἀπὸ τῆς χειρὸς*. Ita quoque reddidit Nonnus, *τὸ μὴ παλάμη λαβὴν ἐπάραξε παρῆν*, ac Sedulius *cadere palmis*. Erasmus *alapam impingere*. Glossarium vetus, *expalmare, alapare*. Fuit hæc insignis contumelia & injuria Christo à servo Pontificis illata, unde Chrysof. hoc loco exclamat: *Exhorrescat cælum, contremiscat terra de Christi Salvatoris patientia &c. percutit enim hominem innocentem, percutit sine mandato judicis, percutit vinculum & ligatum*. Quàm verò iniquum est in vinclo & quidem innocente vires suas ante prolatam judicis sententiam experiri? Percutitur à luto figulus, ab infimo summus, à peccatore Deus, à mancipio Dominus, à creatura creator, à vili orbis portione universitatis gubernator, ab eo quem redimere voluit piissimus redemptor. Percutitur tam crudeliter, ut dentes fuerint labefacti atque os & nares sanguine manarent. Quare verò hic servulus tantoperè contra Christum favit? Quidam putant, servum voluisse majesta-

tem & honorem Pontificis vindicare, quem ob iniquam judicii formam ac processum præposturum à Christo graviter argui probè intelligebat, quæ explicatio congruit verbis Servuli, *Sicinè respondes Pontifici*, & præbet hanc doctrinam, quod mores Domini familia plerumque imitetur, Prov. 29. v. 12. *Quando dominatur, qui attendit verbis mendacii, omnes ministros habet impios*. Eccles. 10. v. 2. *Qualis est judex populi, tales etiam sunt ejus ministri*, Esai. 1. v. 10. *Ubi sunt Principes Sodomorum, ibi est populus Gomorrhæ*. Adhuc hodiè apud Magnates nulli durius tractantur, quàm qui liberè loquuntur pro justitia & veritate, in illis Christus adhuc cæditur. Sed hæc ratio videtur insufficientis. Quidam statuunt, ministrum illum voluisse hac ratione occupari favorem Dominorum, quæ sententia utilem præbet commonefactionem, quòd multa fiant adversus creatorem propter humanum favorem. Sed nec hæc tantæ crudelitatis videtur factis idonea causa. Quidam (inter quos Chrysof. & Euthym.) suspicantur, hunc servum fuisse Malchum, cui Christus abscissam auriculam in horto restituerat, quæ ratione injuriam sibi illatam vindicare atq; à suspitione gravi erga Christum affectus seipsum liberare hic servulus voluisset. Hæc sententia præbet hanc doctrinam, quòd Christi beneficiis suis pessimam à mundo ineat gratiam. Sed hæc opinio est incerta. Si is, cujus hoc loco fit mentio, Malchus esset, Johannes procul dubio nomen ipsius expressisset, sicut superius expresserat, cum à Petro ipsum percussum diceret. Ex ipso igitur textu eruenda est hujus crudelitatis causa. Christus in responsione sua provocaverat ad auditores, jam verò inter eos etiam erant Pontificum ministri, ut colligitur ex Johan. 7. v. 46. ubi ministri Pontificum & Phariseorum ablegati ut essent Christi comprehensores, sunt ejusdem auditores, imò confessores, ac re infectâ ad Dominos suos redeunt, dicentes: *Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur*, unde in suspitionem discipulatus veniunt, siquidem Pharisei illis respondent v. 47. *Nunquid & vos seducti estis?* Quare cum Christus hoc loco provocet ad auditores suos, voluit hic percussor omnem suspitionem à se dimovere: quasi & ipse Christo favet præsertim cum τὸ ἴτοι possit accipit, *δευξικῶς*, quòd Christus quasi exerto digito præsentem servulos demonstrans dixerit: *Eecce hi ipsi, qui astant, sciunt quæ dixerim ego*. Hæc explicatio ostendit, multos contra Christum & ipsius membra ideo favere, ne videantur doctrinam Evangelicam approbare vel eidem aliquantulum favere. Quam, proh dolor, multi exquisitissima convitia in ministros Evangelii congerunt, ut Principum & Episcoporum, quos summo odio Evangelium prosequi vident favorem captent, seque à suspitionibus sinistris liberent hæc convitia acerbiora sunt, quàm externi colaphi, videmus autem colaphos illos ad ipsum Christum pertingere & in ipso sanctificatos esse. Caterum ut reliqua passionum genera, ita hanc ignominiosam alapam Christus propter nos sustinere voluit. Nostra peccata, nostra scelera manum servuli ad infligendam Christo alapam direxerunt. Deut. 25. v. 2. *Si in judicio quis causâ cadit, & plagis dignus invenitur, jubetur coram judice se prosternere & pro mensura peccati plagas suscipere*, quod cum publica infamia conjunctum fuit. Christus hoc loco coram judice

judice Ecclesiastico in maxillam percutitur, suscepit enim causam nostram, suscepit peccata nostra, quæ coram divino judicio multis plagis digna inveniuntur 1. Reg. 22. v. 24. 2. Paral. 18. v. 23. Micha in signum ignominie percutitur in maxilla Job. 16. v. 11. contumeliose alapas mihi inflixerunt, Heb. in opprobrio. Psal. 3. vers. 8. percussisti omnes adversantes mihi in maxillam. Mich. cap. 5. vers. 1. baculo percudent in maxillam judicis Israel. Hæc loca ostendunt percussorem in maxillam, palma vel baculo factam, fuisse cum publica ignominia conjunctam. Christus igitur hanc plagam sustinere voluit, quia nostrum opprobrium in se suscepit Psal. 69. vers. 5. *Quæ non rapui, exolvebam, vers. 8. quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam, vers. 7. non erubescant in me, qui expectant te Domine virtutum, non confundantur super me, qui quarunt te Deus Israel.* Quia Christus propter nos contumeliose in maxilla percussus & coram publico judicio puffedactus, inde est, quod omnes in ipsum sperantes & credentes non erubescunt nec confunduntur, ideo verâ cordis fiduciâ orare possumus ex Psal. 25. v. 20. *Custodi animam meam & erue me, ut non erubescam, quoniam speravi in te.* Sicut Christi mors nostram destruxit, in alapa Christo inflicta nostrum dedecus delevit: *Majus dedecus est feriri manu quam gladio,* ait Cyrillus in hoc loco nos peccato dedecorati fuimus, quam notam Christo illatam, injustum dedecus absterfit. Pro meriti eramus peccatis nostris à Satana in æternum colaphizari 2. Cor. 12. v. 7. debebatur nobis confusio faciei coram Dei judicio Dan. 9. v. 7. *ut non auderemus oculos nostros ad cælum levare* Luc. 18. vers. 12. Christus verò in publico judicii loco propter nos confusus nobis liberationem à colaphis Satanae impetravit, ut capita nostra possumus cum gaudio levare Luc. 21. vers. 28. *& cum fiducia ad thronum gratiæ accedere* Heb. 4. v. 16. Quamvis verò hanc ignominiam patientissimè Christus tulerit, impio tamen servulo indignitatem facti merito objicit, dicens: *Si malè locutus sum, testificare de malo; sin bene, cur me cadis?* quasi dicat, fto coram publico judicio, si ergo statuis me plagis dignum in ventum esse, idoneis testibus id confirmandum erat. Simul etiam accusat Christum iniquitatem summorum Sacerdotum. Sedetis in loco justitiæ & Domini judicium exercetis, cur igitur innocentem injustè percuti contra æquitatem permittitis? perinde ut Paulus ad Pontificem Ananiam dicebat Act. 23. v. 3. *In sedes judicans me secundum legem & contra legem jubes me percuti?* At quomodo hæc responsio Christi convenit cum verbis ejusdem Matth. 5. v. 39. *Dico vobis, ne resistatis malo, sed si quis te percusserit in maxillam tuam dextram, præbe illi & alteram?* Resp. tantum abest, ut Christus quicquam præcepto suo contrarium agat, ut veram potius explicationem illius præcepti hoc facto suo præbeat. Patientiam Christus exigit & privatam vindictam prohibet, jam verò nihil quicquam ex impatientia vel vindictæ cupiditate hoc loco agit. Potuisset impium illum Pontificis servulum vel terræ hiatu absorbere, vel fulmine ac igne cœlitus delapso prostratum consumere, vel alio quodam horrendæ mortis genere extinguere, sed maluit patientiam quam potentiam suam demonstrare; mansuerit enim respondet suam

comprobans innocentiam, interim tamen ex vera & sincera patientia non alteram duntaxat maxillam percipientem, sed etiam totum corpus crucifigendum hostibus suis tradit. Erat & hoc patientiæ & gratiæ opus, quòd tam benigno responso dignatur servum æterna supplicia propter meritum, & ad peccati agnitionem ac seriâ penitentiam ipsum perducere laborat. Sic ergo demonstratio nostræ innocentie & imploratio defensionis coram Magistratu nec cum patientia, nec cum præcepto Christi Matth. 5. vers. 39. ullâ ratione pugnant. Christus enim prohibens malo resistere, contra verò maxillam alteram percussori tradendam esse præcipiens, nequaquam tollit officium Magistratus, qui divinitus constitutus est vindex scelerum Rom. 13. vers. 4. neque prohibet, ut Magistratus auxilium & defensionem in notioris injuriis imploremus, sed privatam tantum vindictam prohibet, quæ cum patientia pugnat & divinæ ordinationi Deut. 32. v. 35. est planè contraria, ex quo fundamento Paulus graviter nos admonet Rom. 12. v. 19. *ne nosmet ipsos vindicemus, sed demus locum iræ.* Verba igitur Christi intelligenda sunt tum ratione affectus, tum etiam comparatè. Si vel maximè ob injuriam nobis illatam Magistratus auxilium imploremus, in corde tamen vigere debet patientia, quâ non solum injuriam illam patienter toleremus, sed etiam ad plura perferenda nos præparemus; ac si Magistratus sit in officio suo negligens, nec de inimicis nostris nos vindicet, nequaquam tamen irâ concitati nos ipsos vindicemus, sed potius extrema quæque perferamus, quam ad privatam vindictam prorumpere velimus. *Dominus noster,* ait Augustinus tract. 113. in Johan. *& mansuerit respondit & non solum maxillam alteram percussuro, sed totum corpus figendam in ligno præparavit & hinc demonstravit sua magna illa præcepta patientiæ non ostentatione corporis, sed cordis præparatione implenda.* Fieri enim potest, ut alteram maxillam visibiliter homo præbeat etiam iratus, quando ergo melius & respondet vera placatus & ad perferenda graviora tranquillo animo fuit paratus. Proinde ut Christus innocentiam suam contra servuli injurias defendit & judicis officium implorat sine ullo patientiæ detrimento, ita licet injuriâ affectis innocentiam suam probare & Magistratus auxilium implorare. *Oportet,* ait Luther. *linguam à manu secernere.* Manus constricta sit ad vindictam privatam, lingua verò sit libera ad apologiam, cui tamen convitia non debent esse permixta. Christus enim nec repercutit nec *αποδοσεί* 1. Pet. 2. vers. 23. sed absque ulla convitiatorum amaritie innocentiam suam probat ac Deo vindictam committit. Apparet etiam ex hoc loco, Christum, qui mansuetissimè se adversus omnes injurias gessit, nusquam acriorem ac severiorem esse, quam erga eos, qui titulo ac specie religionis veram Ecclesiam oppugnant; non tulit tacitus alapam à ministro Pontificio, qui crucem tacitus pertulit à Præside Romano. Verba Evangelistæ Johannis, quæ sequuntur: *Et miserat eum Annas vinculum ad Caipham Pontificem,* exposuimus superius. Quidam ex illis colligunt præcedens examen doctrina Christi & primam negationem Petri in domo Annæ contigisse. Sed ex reliquis Evangelistis disertè patet, in atrio Caiphæ hæc esse gesta, ipse quoque Johannes negans Annam fuisse Pontificem illius

illius anni, postea autem subjungens, à Pontifice Christum esse interrogatum, quodammodo in-
nuit, non in domo Annæ, quippe qui non erat Pontifex, sed in domo Caiaphæ, qui Pontifex erat hæc evenisse. Ad Annam verò honoris tantum, causâ Christum prius adductum fuisse. Quidam-
cum nullum invenire queant rationem, cur hanc ἀνακεφαλαίωσιν & παρεμβασιν ἐξηγήσιν ad hunc locum Evangelista referre voluerit, fingunt incuriâ Scribæ transpositionem hujus versiculi esse factam. Sed si accuratè expendamus textum, apparebit aliqua ratio, propter quam huic ipsi loco verba illa de abductione Christi ad Caiapham Evangelista inferre voluerit. Dixerat in præcedentibus, alapam à ministro Pontificis esse Christo inflictam. Ut igitur facti hujus atrocitatem & indignitatem magis exprimeret, subjunxit. *Annas miserat eum vincitum, δεσμεύμενον ligatum & constrictum ad Caiapham, quasi dicat, stabat Christus coram judicio constrictus illis vinculis, quæ Annas in præjudicium ipsi injicere mandaverat, indignissimè igitur cum ipso actum fuit ignominiosâ istâ maxillæ percussione.*

II. *Secunda Petri negatio.* Et ancilla, ostiaria scilicet, quæ jam antè Petrum ad negationem sollicitaverat, cum denuò vidisset eum, rursum cepit dicere huic, qui astabant: *Hic ex illis est.* Petri trepidantis ac tergiversantis negatio ipsi non satisfecerat, ergo ne videretur falsum quippiam asseverasse, denuò confirmat, hunc ipsum esse ex Christi discipulis, τὸ ὅτι πλεονάζει, nisi quis fortè cum Syro textum sic velit reddere. *Cepit ancilla dicere astantibus, quòd etiam hic ex illis esset,* sed res eodem recidit. Porro cum suprâ monuerimus, ancillam illam gerere typum nostræ carnis ad peccata nos sollicitantis, idè iterata hujus ancillæ compellatio eò referri potest, quòd caro nostra, si vel maximè semel atque iterum repressa est, denuò tamen contra Spiritum concupiscat, Galat. 5. vers. 17. perpetuâ igitur contra eam pugnâ ac retinentiâ opus esse. Ancillæ hujus assertionem quædam ex conservis confirmat, sicut hoc hominum genus mire conspirare solet ad malum. *Cum enim Petrus exisset in vestibulum, vidit eum altera ancilla, & ait huic, qui erant ibi: Et hic erat cum Jesu Nazareno.* λέγει τοῖς ἐκεῖ scilicet ἔσθιν. In quibusdam codicibus Græcis sic legitur, λέγει αὐτοῖς, ἐκεῖ καὶ τὸ ἦν μετ' Ἰησοῦ, dicit illis, nimirum, qui aderant & coram quibus Petrus id negaverat: *Illic iste quoque fuit unâ cum Jesu,* puta in horto. Sed prior lectio est vulgatiore, & simplicior. Possent etiam hæc pronunciari tanquam interrogatio ancillæ miserantis, Num & hic erat cum Jesu Nazareno? Sed quia hæc subjunguntur verbis ancillæ disertè id confirmantis, idè rectius assertoriè quàm interrogatoriè accipiuntur. *Et post pusillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es.* Syrus habet particulam ἢν quæ ad interrogationem magis inclinatur. Num tu ex illis es? q. d. quid files aut tergiversaris, si es ex numero discipulorum, cur non apertè profiteris? Stabat autem Simon Petrus & calcæ faciebat se, fingebat vultum, ac si crebris illis interpellationibus nequaquam turbaretur. *Dixerunt igitur ei Pontificum ministri & alii astantes prunis: Nunquid & tu ex discipulis ejus es? cur in nostrum te ingessisti confortium, si es ex numero discipulorum? quid tibi hic negotii? Petrus in summas angustias sese redactum videns ac*

territus rigoroso illo Pontificis examine de discipulis Christi, iterum negat addito jurejurando, invocat Deum testem, ac dicit: *Homo, non sum, non novi hominem;* tantum abest, ut sim ex discipulis hujus hominis, ut ne quidem noverim ipsum, aut per omnem vitam meam viderim. Hæc est altera negatio Petri, quam non solum iteratio peccati, sed etiam juramentum assertorium vehementer exaggerat. Quòd autem plures personæ hoc loco Petrum adoriuntur & ad negandum Christum illicient, id nobis argumento est, quòd Diabolus pugnandi assiduitate & continuatione illos debellare conetur, quos primo tentationis impetu superare nondum potuit. Quòd Petrus, postquam simplici negatione elabi non potuit, profanatione divini nominis & perjurio crimen duplicat ac paulò post cum vehementius urgetur, ad diras & execrationes descendit, ex eo apparet, peccatorem, postquam semel à recto tramite aberravit, subinde magis ac periculosius aberrare, eosque qui à delictis minoribus incipiunt ac prolabantur, nisi divinitus erigantur, in turpissimum peccatorum gravissimorum cœnum progressu temporis immergi.

III. *Falsorum testimonium contra Christum productio.* Principes autem Sacerdotum & Seniores & totum Concilium querebant falsum testimonium contra Jesum, ut morti eum traderent, εἰς τὸ θανάτωσιν αὐτόν. θανάτωσιν in communi Græci sermonis usu significat mortem infero, morte adscio. Plutarch. in Symp. θανάτωσιν τὰ ἐμψυχὰ. Item, morti adjudico, capitis damno. Plutarch. in Themist. ὄν κενός θανάτωσιν. Utraque significatio in Scripturis invenitur, utraq; etiam huic loco congruit, magis tamen posterior. Cum enim non liceret Pontificibus quenquam interficere Joh. 8. v. 31 idè mortis sententiâ contra Christum ferre & executionem à Præside Romano petere constituerant. Syrus habet verbum ἔθνησεν occidit. Hæc ergo erat summa, hic scopus consiliorum, capitis Christum damnare. Quibus verò mediis ad scopum illum pertingere cupiunt? quærunt *ψευδομαρτυρία* contra Christum. Noverant in lege divina præceptum, ut testibus coram judicio agatur Num. 35. v. 30 Deut. 17. v. 6. c. 19. v. 15. verbum Christi ad servulum dictum μαρτυρήσωντες testificare de malo, cor ipsorum pupugerat; meruebant, ne à Pilato cum sua accusatione exploderentur, nisi idoneis testibus eandem confirmare possent, testimonia igitur querebant, sed cum vera non suppeterent, falsa arripiebant, quod fuit gravissimum omnino peccatum. Sacerdotum officium erat falsis testibus irrogare pœnam divinitus in eos constitutam Deut. 19. v. 16. *Si steterit testis mendax contra hominem accusans eum perjuracionis, v. 17. stabunt ambo, quorum causa est, ante Dominum in conspectu Sacerdotum & Judicum, qui fuerint in diebus illis, v. 18. cumq; diligentissimè perscrutaverint, invenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, v. 19. reddent ei sicut fratri suo facere cogitavit.* Sed tantum abest, ut hoc languinarium Concilium pœnas illas in falsos testes statuat, ut potius opeposse conquirant ac dubio procul mercede conducant, qui falsum testimonium contra Christum ferant. Addunt vero Evangelistæ ac bis repetunt, licet complures pecunia corrupti contra Christum testificarentur, Pontifices tamen non potuisse invenire, tales testes, quales querebant. Rationem exponit Marc. quia

quia testimonia ipsorum non erant *isra equalia*, idonea & congruentia. *isra* proprie est *aqualis*, *par*, *similis*, quod ergo testimonia negantur fuisse *aqualia*, duplicem habere potest significationem, vel quod falsis testimoniis male inter se conveniebant, ut Pontifices non fuerint auli coram Pilato ea producere, *isra* enim dicuntur *isra* *isra*, cum adæquantur iudicium sententiæ; vel quod testimonia illa nondum erant sufficientia & idonea, cum non obijcerent crimen aliquod pœnâ capitali dignum, qualia testimonia unice quærebant Pontifices. Prior sententia hanc præbet observationem, quod hæc sit Natura mendaciorum, non cohærere ac convenire invicem. Ut enim verum verò semper consonat, ita falsum non solum à vero, sed etiam à seipso discrepat; *tenuis est mendacium, si diligenter inplexeris, pellucet*, ait Seneca: Ut omnes anguli recti sunt aequales: sic omnes veræ sententiæ invicem congruunt. Contra verò ut anguli obtusi aut acuti sunt inæquales, sic mendacia inter se dissonant, nec facile invenire est duos mendaciorum autores, qui uno ore, nisi ex composito id fiat, congruentia dicant. Hoc ipsum etiam demonstrat Christi innocentiam, quæ tanta erat, ut difficile fuerit, sic de illo mentiri, ut speciem aliquam probabilem mendacium haberet. Cum enim testimonia illa tanquam *funiculus ex arena* tam male fuerint confarcinata, ut ne quidem apud iniquissimos hocce iudices infensissimos Christi hostes probabilitatem quandam invenerint, ex eo facile intelligitur, quàm crassis & palpabilibus mendaciis tanquam densissimis tenebris innocentiam lucem opprimere voluerint. Sed velut Sol ex nubibus emergens radios suos clarissimè spargit, sic Christi innocentia falsis testimoniis oppressa luce suâ nihilominus emicat: ac velut herba odora, quantò magis fricatur ac teritur, tantò fragrantioris odorem spirat, sic Christi innocentia, tantò magis conspicitur, quantò majori curâ inimici in eam inquirunt. Orig. tract. 35. in Matth. *Falsa testimonia tunc locum habent, quando cum colore aliquo proferuntur, adversus Jesum autem nec color inveniebatur, qui posset adjuvare mendacia & hoc cum essent multi volentes gratiam tribuere Caiaphæ & Principibus Sacerdotum & Scribis & Senioribus & universo Concilio hoc ipsum audire desiderant. Mentita est iniquitas sibi*, ait glossa interlinearis, *sicut Regina adversus Josephum, Sacerdotes adversus Susannam; sed ignis sine materia defecit.* Posterior sententia immane odium Pontificum contra Christum arguit, non enim iudices æquitatis patronos ac iustitiæ vindices, sed dirissimos lupos in agnum irruentes sese præstant. Iudicis officium est, falsos testes ex iudicio propellere & vera testimonia quarere, sed hi pro tribunali sedentes falsos testes studiose conquirunt & mercede insuper, sicut cum proditore egerant, eosdem conducunt. Iudicis officium est, innocentem absolvere, hi vero innocentem morti tradere cupiunt, nec contenti sunt talibus testimoniis, quæ non petunt jugulum & vitam Christi. Accusant Christum & testibus convincere laborant, quod contra legem Mosis docuerit & egerit, ipsi verò quàm multipliciter contra legem peccant! Præceperat Moses die decimâ quartâ mensis primi celebrare Pascha Exod. 12. v. 6. ipsi verò traditiones

majorum secuti in diem decimum quintum illud rejecerant, ne scilicet duo magna Sabbatha concurrerent. Præceperat Moses, dies festos sanctificare, hoc est, sanctis operibus tribuere, ipsi verò Paschatos festum sanguinariis consiliis ac multiplici impietate prophanaverant. Præceperat Moses, ne contra proximum falsum quis dicat testimonium Ex. 20. vers. 14. Deut. 19. v. 16. ipsi verò falsa contra Christum testimonia non solum patulis auribus admittunt, sed etiam summo studio falsos testes conquirunt. Meritò igitur censet Chrysostomus, *figuram quandam iudicii hic fuisse, in veritate autem concursum latronum, velut in spelunca.* Cæterum postquam diu multumque falsa testimonia frustra fuissent quæsitæ, *ὄστρον* deinde sive posterius, (vulgata reddidit *novissimè*, Syrus *בית המדרש* *postea*) duo quidam falsi testes assurgunt & venientes falsum testimonium ferebant adversus illum. Ex voce *ἀναστρέτες* colligi potest, falsos hosce testes fuisse ex numero Senatorum sive Assessorum hujus concilii, qui ad iudicium prius confederant. Quamvis enim significatio vocabuli sit generalis, quâ dicuntur *in iudicio surgere*, qui adversus alium insurgunt Matth. 12. v. 41. Luc. 10. vers. 25. hoc tamen loco proprie & specialiter accipi videtur, sicut paulò post de summo Sacerdote dicitur, quod *ἀναστρέτες* *εἰς τὸ μέσον* Christum allocutus sit. Cum reliqui parùm compositè mentirentur, hi speciem aliquam veri testimonio suo induere poterant, proinde non dubitabant ex medio Confessu in publicum prodire, testium personam representare & singulari quadam autoritate testimonia sua deponere. Nos (inquiunt) *audivimus eum dicentem, & hic dixit, possum destruere templum hoc Dei & in triduo adificare illud. Diruam templum hoc, quod manibus factum est, & in triduo extruam aliud sine manibus factum.* Hoc testimonium magnam habebat speciem, proferebatur enim à Concilii Assessoribus autoritate & dignitate illustribus, qui nullâ mentiendi libidine id proferre videbantur, proferebatur non solum ab uno, sed à duobus, jam verò in ore duorum vel trium testium omne verum consistere iudicabatur, Deut. 17. vers. 6. testabantur non ex fama vel incerta aliorum relatione, sed de auditu, nos *audivimus*, dicunt. Testabantur de re aperta & publicè nota. Quamvis enim verba Christi mutarent ac detorquerent, tamen simile quid à Christo prolatum erat, siquidem Joh. 2. vers. 19. in festo Paschatis audientibus omnibus in ipso templo dixerat. *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Poterant insuper accusationi suæ colorem aliquem inducere ex eo, quod Christus ante dies pauculos devastationem templi Hierosolymitani prædixerat. Cum enim discipuli ostenderent ipsi adificationem templi, respondebat, Matth. 26 vers. 2. Marc. 13. vers. 2. *Videte hæc omnia? amen dico vobis, non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruat. Nec privatim solum ad discipulos hoc dixerat, sed audientibus omnibus publicè idem docuerat, Luc. 19. vers. 44. Videbatur etiam non leve quoddam crimen hac ratione Christo impingi, templum enim Hierosolymitanum divino mandato erat extructum, erat locus sacrificiorum & cultus Levitici, erat veluti symbolum veræ Ecclesiæ &c. qui ergò templum illud diruit, repugnat divinæ ordinationi, est hostis veræ religionis,*

gionis, contemtor divini cultus & veræ Ecclesiæ adversarius. Notum est, quantopere de illo templo Judæi fuerint gloriati, Jerem. 7. v. 4. clamant, *templum Domini, templum Domini est hoc loco.* Jurabant per templum & aurum templi Matt. 23. v. 16. unde in cruce potissimum hoc nomine Christo insultant, quod templum manserit incolume, ipse verò pendeat in cruce Matth. 27. v. 40. ex quo facile intelligitur, quàm atrox ipsis visum fuerit hoc crimen; quod hi testes Christo intentabant. Quamvis verò testimonia ipsorum aliquam habent veri speciem, rectè tamen Evangelistæ eos vocant *falsos testes*, quia falsitas testimonii patet ex mutatione, additione & intentionis depravatione. Christus non de se dixerat, destruere possum vel destruam hoc templum, sed de ipsis Judæis dixerat, *λύσατε, solvite templum hoc*, id est, futurum est, ut solvatis hoc templum. Neque dixerat Christus, *destruam templum hoc, quod manibus factum, & ædificabo aliud, quod non est factum manibus*, sed falsi testes de suo hæc addiderunt. Nec locutus erat Christus de templo Hierosolymitano, sed de templo sui corporis, quam explicationem Evangelistæ immediate subjicit v. 21. *in quo tota plenitudo divinitatis* tanquam in proprio suo templo corporaliter habitabat Coloss. 2. v. 9. Hieron. in cap. Matth. in eo quoque calumniam subesse observat, quod hi testes vertunt; & post triduum reædificabo illud ubi est *ἡκοδομησέαι*, ut propriè de templo Judaico dixisse videatur, cum tamen Dominus, ut ostenderet animale & spirans templum, dixerit. *Et ego in triduo suscitabo illud*, ubi est *ἐγείρω*. Jam verò aliud est ædificare, aliud suscitare. Merito igitur addit Marcus, *καὶ ἐδὲ ἔρας ἀνεστὶν κτίσις ἰσοπέδου*, equalia erant testimonia illorum, vel quod testimoniis inter se malè congruebat, vel quod ad mortis crimen non erant sufficientia, utraque enim significatio & verbis & contextui congruit. Discrepantia testimoniorum ex accurata verborum consideratione facile elucescit. Unus deponit, Christum dixisse. *Possum destruere templum Dei*; alter verò deponit, Christum dixisse, *Ego diruam templum*, jam verò potentia agendi latius patet, quam ipsa actio, neque enim Deus nec homines omnia quæ possunt, in actum statim produciunt. Unus deponit, Christum dixisse. *Possum destruere templum Dei & ἡκοδομησέαι* triduo sive per tres dies ædificare autòv illud ipsum templum: aliter verò deponit, Christum dixisse, *Diruam templum hoc, quod est manibus factum, & triduo exeruiam ἄλλον ναόν* aliud templum sine manibus factum; hæc certè non concordant invicem, idèò falsitas testimonii semetipsam prodebat. Sed nec ad mortis crimen sufficiens erat accusatio, si vel maximè verissima ac apertissima fuisset. Quid enim? fingamus verum esse, quod de templi destructione falsi testes proferrunt, num propterea Christus mortis erit reus? Debuissent prius veritatem prædictionis experiri, antequam ipsam ut templi destructorem condemnarent, Joh. 2. v. 20. verba Christi alieno sensu accepta ut temeraria tantummodò rejiciuntur ac contemnuntur *quadragesima & sex annis* (inquiunt) *ædificatum est hoc templum, & tu in tribus diebus exeruiabis illud?* cur igitur hoc demum tempore & loco ex verbis illis crimen morte dignum colligunt? nimirum constituerant Christum è medio

tollere, undiquaque igitur conquirunt media, ut ad propositum sibi scopum pertingant. Hanc injuriam falsæ accusationis Christus propter nos sustinere voluit; certè non fuit postrema pars passionis, quod Christus hæc mendacia & falsas accusationes audivit contra se effundi, sicut hæc de re conqueritur Psal. 27. v. 12. *Insurrexerunt in me testes iniqui & locuti sunt violentiam*, Psal. 35. v. 11. *Surgentes testes violenti, quæ ignorabam, postulabant me*, Psal. 69. v. 13. *adversum me loquebantur, qui sedebant in porta.* Galat. lib. 8. de arcan. Cathol. verit. cap. 12. huc accommodat vaticinium Osee 7. vers. 13. *Vae eis qui recesserunt* (pro recedent) *à me. Vastatio eis, quia culpaverunt* (pro culpabunt) *in me. Et ego redemi* (pro redimam) *eos, ipsi autem locuti sunt* (pro loquentur) *super me mendacia &c.* ac si dixisset, ecce quanta ipsorum ingratitude erit! Dum enim ego redimam eos, tunc ipsi in me loquentur mendacia, me scilicet falsò accusantes & contumeliis gravissimis afficientes. Sed propter nos falsis accusationibus onerari voluit, ut à veris accusationibus liberaremur. Accusat nos propter peccata nostra lex divina, quæ est contra nos in testimonium Deut. 31. v. 26. *est qui vos accusat, Moses, ait Christus Joh. 5. v. 45.* quia voce legis concluduntur omnia sub peccato Gal 3. v. 22. *ut omne observetur & ἡπαθήσεται* fiat omnis mundus Deo, Rom. 3. v. 19. Accusat nos testimonium propriæ conscientie, quod est *chirographum* nobis contrarium. Coloss. 2. vers. 14. *ita ut cor nostrum nos condemnet* 1. Joh. 3. v. 20. *ac cogitationes nostra invicem se accusent*. Rom. 2. v. 15. Accusat nos Satanæ ante conspectum Dei die ac nocte Apocal. 12. vers. 10. *intermiscet se filius Dei, ac postulat nos sibi tradi affligendos*. Job. 1. vers. 6. Luc. 22. vers. 31. Accusant nos sancti Angeli conservi nostri, qui ad Dominum suum ac nostrum perferunt, si quando contra proximum nos delinquere animadvertunt Matth. 18. v. 31. Accusant nos omnes creaturæ coram Domino exercituum, siquidem ad peccata sapius illis abutimur. Rom. 8. v. 22. *Omnis creatura suspirat & gemit simul ingemescit ac simul parturit, ut liberetur à servitute corruptionis.* Habac. 2. v. 11. *lapis de pariete clamabit & laquear ligneum respondebit.* Jacob. 5. v. 3. *aurum & argentum vestrum aruginavit & ærugo eorum in testimonium vobis erit* v. 4. *ecce merces operariorum, quæ fraudata est à vobis, clamat & clamor eorum in aures Domini Zebaob introivit.* Hi certè sunt varii ac numerosi accusatores, quorum accusationes contra nos institutæ nequaquam sunt vanæ aut falsæ, sed omninò verissimæ ac gravissimæ. Ut igitur ab illis coram Dei judicio absolvi possemus, Christus falsis accusationibus & confictis criminibus onerari sustinuit, sicut ex hoc fundamento Apostolus pronunciat Rom. 8. v. 33. *Quis accusabit electos Dei? Deus est qui justificat.* v. 34. *Quis est, qui condemnet? Christus qui mortuus est, qui tempore passionis falsò accusatus & in cruce mortuus est, ut nulla damnatio sit his, qui sunt in ipso* Rom. 8. vers. 1. Ipsa quoque materia falsæ accusationis Christo intentatæ considerationem meretur. Adamus erat pulcherrimum Dei templum, habitaculum Spiritus Sancti, domicilium sacrosanctæ Trinitatis, siquidem condito homine *quiescit Deus, significans se in homine quiescere ac habitare velle* Gen.

Gen. I. v. 1. Sed Diabolus infernalis latro templum illud destruxit ac diruit, ut exigua quædam rudera solummodo adhuc supersint, liquidem per peccatum homo factus est mancipium ac domicilium Satanæ Luc. I. v. 26. nos ipsi quoque corpora nostra, quæ debebant esse *Spiritus Sancti templa* I. Cor. 3. v. 17. sæpius violamus ebrietate, luxuriâ, libidinibus &c. Christus igitur patitur se accusari tanquam violatorem ac destructorem templi Hierosolymitani, in quo Deus se habitaturum promiserat I. Reg. 8. v. 12. Esa. 31. v. 9. quinimò in morte *templum corporis sui* Johan. 2. v. 20. in quo tota plenitudo divinitatis habitabat corporaliter, Coloss. 2. v. 9. patitur solvi, ut in cordibus verè pœnitentiam ac credentium Deus peculiari sua gratia habitet velut in suo templo Lev. 26. v. 12. 2. Cor. 6. v. 16. *Vos estis templum Dei* vivificat dicit Deus, quoniam inhabitabo in illis & inhabitabo & ero illorum Deus & ipsi erunt mihi populus. Sic ergò templum Dei per infernales latrones destructum, per Christum iterum est reparatum, idem etiam in novissimo die templa corporum nostrorum ex terræ pulvere suscitabit, ut sint æternum sacrosanctæ Trinitatis animas electorum plena luce illuminantis templum ad domicilium. Apoc. 21. v. 22. Porro cum mendaciis ac falsis testimoniis Christus morti sit adjudicatus, ideò ex animo ea detestari ac fugere debemus. Prov. 19. v. 19. *Falsus testis non erit impunitus, & qui loquitur mendacia, peribit.* Isidorus in lib. de summo bono rectè dicit, *testem falsidicum triplicibus personis obnoxium reddi, primam Deo, quem iurejurando contemnit, secundo iudici, quem mentiendo fallit, tertio innocenti, quem falso testimonio ledit.* Videmus etiam coram Deo non illos solum esse testes falsidicos, qui mendacium ex nihilo conflatum proferunt, sed etiam, qui rectè dicta calumniosè pervertunt, ex quo intelligitur hæreticos Scripturam depravantes & peregrinum sensum verbis Christi affingentes cum fallis hisce testibus meritò conferri, unde Irenæus in præf. lib. 1. rectè de illis dicit, quòd sint *Interpretatores mali eorum, quæ bene sunt dicta*, sive ut Epiphani. hæres. 31. verba Græca Irenæi recenset, *ἑρμηνεύοντες τὰ λόγια καλῶς, ἔκζητοῦντες κακοῖς τὴν καλῶς εἰρηδύσαν*, quod cap. 1. latius postea exponit. Quòd si eandem cum Christo sortem experiri cogamur, ut scilicet bene dicta calumniosè pervertantur ac depraventur, solemur nos bonæ conscientia testimonio & hoc ipso Christi exemplo. Durum est talia experiri, cum *verba calumniatoris sint quasi vulnem & pervernant usq. ad interiora* Proverb. 18. v. 8. durum quidem, sed patienter exemplo Christi tolerandum. Cum enim Pontifex surgens in medium interrogaret Jesum, dicens: *Non respondes quicquam? quid isti adversum te testimonia dicunt?* tunc Jesus tacebat, neque quicquam respondebat. Caiaphas adhuc junior, utpote gener Annæ adhuc in vivis existentis, erat ambitiosus ac superbus, quem elatum animum Pontificalis dignitas non mediocriter augebat. *Vos nescitis quicquam, nec cogitatis*, dicit in alio Concilio Johan. 11. v. 49. eodem modo etiam hic agit, reliquis sedentibus ac tacentibus ipse in medium surgens Christum interrogat, ac si ipso factò diceret. Vos nimis frigidè rem tractatis, elicienda est ex ore rei propria confessio, ut testibus non amplius sit opus. Glossa interlinearis ex Beda hanc *ἀπάντησεν* sic interpretatur, quòd motu

Harm. Tom. III. vel Gerbard. Cont. pars quarta,

corporis demonstret insaniam mentis. Surgit Pontifex, ait Simon de Cassia, *ob inquietudinem mentis & sevitia efficitur seipso superior.* Posset etiam non incommode dici, quòd divina providentia factum fuerit, ut ex throno Pontificali Pontifex surgeret præsentè vero & unico N. T. Pontifice, cui totus Leviticus cultus assurgere & locum ipsi dare debuit. Simulat Caiaphas speciem aliquam, iustitiæ interrogat enim reum, qui ad testimonia illa judicialiter prolata respondeat, loquitur tanquam potestatem Christo daturus sese defendendi, revera autem hoc quærit, ut Christum in verbis suis illaqueare possit, liquidem noverat falsa & ficta esse omnia, quæ in medium allata erant. Ipsam quæstionem Pontificis vulgata versio Latina conjungit. *Nihil respondes ad ea, quæ tibi ab his obijciuntur? quem sensum etiam Lutherus in Germanica versione secutus est, sed ex Græco textu apparet duplicem fuisse quæstionem, hoc sensu. Nihilne respondes? quid illi adversum te testificantur? quo modo etiam Syrus reddidit. Nullum respondes tu responsum? Quid testantur isti contra te?* hac ratione posterior pars quæstionis est elliptica, subintelligendum enim, quid est illud, quod isti adversum te testificantur? vel particula *ἢ* exponenda est causaliter, sicut etiam apud Latinos particula *quid* usurpatur, hoc sensu. Cur isti adversum te testificantur? q. d. Si innocens esses, nectaceres, nec ullum ab his accusatoribus tibi crearetur periculum, sicque emphasis erit in voce *ἔτι, ἔτι*, qui sunt autoritate & dignitate conspicui, non possunt de falsitate esse suspecti; nec tibi isti adversarentur, nisi religio eos cogeret. Christus verò ad subdolan illam interrogationem tacebat, multis de causis. Primò, ut compleret vaticinia Prophetica Psalm. 38. v. 14. *Qui inquirebant mala mihi, locuti sunt nequicias, & dolos tota die meditabantur.* v. 15. *ego autem tanquam surdus non audiebam & sicut mutus non aperiens os suum.* Esa. 53. v. 7. *Non aperuit os suum, sicut ovis ad occisionem ducitur, & quasi agnus committente se obmutescit & non aperit os suum.* Augustinus tractat. 112. in Johann. ubi Jesus non respondebat, ibi ut ovis silebat, ubi verò respondebat, sicut Pastor docebat. Secundò tacuit injustè accusatus, ne in verissimis accusationibus coram iustissimo Dei iudicio obmutescere cogeremur, sicut pulcherrimè dicit Glossa, *taciturnitas Christi apologiam Ade solvit.* Cum primi parentes post peccatum perpetratum ad tribunal Dei vocarentur, excusationes & subterfugia quærunt, quibus turpitudinem suam tegant, inde nobis omnibus innatum, ut peccata nostra extenuemus, excusemus, palliemus & in quosvis potiùs culpam transferamus quam in nobis eam residere patiamur, quinimò nos omnes coram Dei iudicio cogimur obmutescere, Matth. 22. v. 12. per legis accusationem *obstruitur os nostrum* Rom. 3. v. 19. ut *non possimus respondere ad unum de mille* Job. 9. v. 3. hanc confusionem & obmutescentiam nostram Christus silentio suo à nobis in se transtulit, ideoque silentio suo & nostrum reatum agnovit ac simul innocentiam suam probavit. Aperuit silentio suo os nostrum, ut sidenter ad Deum clamare possimus, *Abba Pater.* Tertio ut doceret in notoriis ac manifestè falsis operosa quadam refutatione nequaquam esse opus. Prov. 26. v. 4. *Ne respondeas stulto juxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis.* August. in Psalm. 51. & serm. 118. detemp.

de temp. *Melior est causa, quae non defenditur & probatur; plenior iustitia, quae non verbis asruitur, sed veritate fulcitur; taceat lingua, ubi ipsa veritas sibi adest.* Ambrosi. in Luc. cap. 23. *Bene tacet, qui defensione non indiget, ambient defendi, qui timent vinci.* Quartò ut satisfaceret pro nostra garrulitate, ac linguæ continentiam orisvè custodiam nos doceret Pl. 39. v. 2. Quintò tacuit, quia hoc tempore absolvi non quæsit, horam passionis divinitus constitutam venisse sciens. Denique, ut ostenderet se locutum aliquando in iudicio iustissimo, hîc tacuit in iudicio iniquissimo Psal. 50. v. 3. *Deus manifestè venit, Deus nosse & non silebit, ignis vorans est coram eo & in circuitu eius tempestas valida.* Augustin. in Pl. 37. *Oportebat, ut taceret in passione non taciturus in iudicio, iudicandus enim venerat, qui postea iudicaturus veniret.*

4. *Crimen blasphemiae Christo intentatum.* Conturbaverat Christus silentio suo omnes Pontificis rationes, de alio igitur medio responsum eliciendi cogitat, iterum enim interrogans dicit, *Tu es ille Christus Filius benedicti?* mox gravissimam obtestationem subjicit, *Adjuro te per Deum viventem, ut dicas nobis, an tu sis Christus Filius Dei?* Horribilis profectò hæc est Pontificis & reliquorum Assessorum cæcitas atque obstinatio. In examine de doctrina & discipulis suis Christus steterat, nec potuerant vel hæreseos vel seditionis notam ullâ veritatis specie ipsi inurere: dejecti insuper erant spe falsi testimoniis Christum obruendi, interim tamen à sanguinario suo proposito haudquaquam desistunt, sed cum priores duæ actiones parùm feliciter cesserint, aliâ rem aggredientes viâ tertiam actionem felicius successuram sperant. Dominus inter sputamenta colaphos & reliqua ludibria patientiâ & mansuetudine vesanas persecutorum mentes conturbat, *& in eo, quod inter injurias & convitia se iudaica malitia sentit contemptum gravius ac vehementius exacerbatur ac de impietate & malitia suavitas, pietasque Christi triumphat,* ut loquitur Cyprian. serm. de pass. p. 5. 19. *Quam enim absurda & insidiosa fuerit hæc quæstio, ex circumstantiis facile apparet. Absurda erat, quia Christus aliquoties publicè in templo sese Dei Filium professus erat, ipsi etiam proprio testimonio convicti erant, quod Christus à Deo venerit Joh. 3. v. 2. Debuissent igitur potiùs querere, quibus argumentis ac signis probet se esse verum Messiam ac Dei Filium, quamvis ne ea quidem ipsis ignota fuerint. Insidiosa etiam erat hæc quæstio; Si enim Christus negasset se esse Dei Filium, id quod unicè exoptabant, ac sperabant, ipsum metu periculi abnegaturum pristinam suam confessionem, Pontifex statim exclamasset, cur igitur tibi arrogas, quod non es? Sin affirmasset, calumniaturus erat hanc esse insignem blasphemiam. Sin obticuisse, interpretaturus erat hoc esse timiditatem & variationem, ideo etiam addit obtestationem per gloriosum nomen summi Dei, ut responsum quodcunque eliciat, si enim etiam adjuratus obticisset, non solùm auctoritatem summi Sacerdotis, sed ipsum etiam Deum contemnere visus fuisset. Quidam existimant postulas Pontificem, ut Christus adhibito iurejurando responderet ad quæsitum, *Et habe israh beydyget / oder mit dem Eyde beleget / sed ἐξορκίζω idem est quod ὀρκίζω iurejurando obstringere, ponitur quandoq; cum gemino**

accusativo & personæ & rei, per quam alium adjuramus. Orph. *ἐξορκίζω* per caelum te obtestor & adjuro, cælo teste & conscio, Sacramento te obstringo. Eadem constructione usurpatur Marc. 5. v. 7. *ὀρκίζω* τὸν θεὸν adjuro te per Deum Act. 19. v. 13. *ὀρκίζω* μὲν ἡμᾶς τὸν ἰησοῦν, 1. Thess. 5. v. 27. *ὀρκίζω* τὸν κύριον, hoc autem loco ponitur cum præpositio-
ne κατὰ eodem omninò sensu ἐξορκίζω σε κατὰ θεὸν ἐξ ὧν ὁ, adjuro te per Deum illum verum viventem in secula, hæc enim est periphrasis veri Dei Matth. 16. v. 16. Joh. 6. v. 69. Act. 14. v. 15. LXX. usurpant verbum ἐξορκίζω Jud. 17. v. 2. pro eo quod est voce-
re, quia votum est species quædam juramenti, ubi in Hebræo est verbum *שָׁבַע* obligavit se juramento ad aliquid, adjuravit ad aliquid additâ imprecatione mali, quod Num. 5. v. 19. usurpatur in formula, quâ mulierem adulterii suspectam Pontifices adjurare solebant. Genes. 24. v. 3. usurpatur pro *שָׁבַע* jurare adjurare, ἐξορκίζω σε τὸν θεὸν ἐξ ὧν ὁ pro quo alias utuntur simplici verbo ὀρκίζω Gen. 24. v. 37. Exod. 13. v. 19. Num. 5. v. 19. Syrus habet verbum *שָׁבַע* adjuravit, juramento obstringit. Quando igitur Pontifex hoc loco dicit, *adjuro te per Deum viventem, ut dicas nobis, an sis Christus Filius Dei,* sensus est, obtestor te per gloriosum & benedictum nomen Dei, ut veritatem proferas; quàm cara tibi est Dei gratia, quam veneranda & augusta Dei majestas, tam curæ cordique tibi esse debet, ut veritatem nobis aperte profitearis, ac Deum invocem, ut sit testis & iudex, ac severe puniat mentientem. Tales obtestationes & adjurationes in populo Israelitico fuerunt non infrequentes, Gen. 24. v. 3. Abrahamus adjurat servum suum Eleazarum, ut ex cognatione sua Isaac uxorem adducat. Gen. 47. v. 29. Jacobus adjurat Josephum, hoc est, juramento sibi polliceri flagitat, ne in Aegypto sepeliatur. Num. 5. v. 19. Deus ipse præscribit Pontifici formulam adjurandi mulierem, quæ de adulterio suspecta est marito, in qua formula congeruntur multæ maledictiones, quæ mulierem illam sint oppelluræ, nisi veritatem dicat, inde procul dubio factum, ut Pontifices etiam in aliis casibus, in quibus veritatem investigabant, adjurationes adhibere fuerint soliti, sicut hoc loco Pontifex maledictiones illas Christo imprecatur, nisi verbis apertis ac dilucidis veritatem proferat. 1. Reg. 22. v. 16. Rex Israeliticus ad Micham dicit: *Iterum atque iterum adjuro te, ut non loquaris mihi nisi quod verum est in nomine Domini.* 1. Thess. 5. v. 27. *Paulus adjurat Thessalonicenses per Dominum, ut legatur illa Epistola omnibus sanctis fratribus.* Sic ergo per se non fuisset impium & illicitum, talem adjurationem à Pontifice hic adhiberi, (quamvis Origenes h. l. statuat, *eum qui vellet secundum Evangelium vivere, non debere alterum adjurare, ac providè Principem Sacerdotum illicite egisse*) Ut enim Magistratus in casibus dubiis deferre potest juramentum purgatorium, ita quoque gravem obtestationem & juramentum assertorium adhibere potest ad veritatem inquirendam, sed quia ex mera hypocrisis ac malitia ἐξορκίζω ἡδὲ iste hic adhibetur, ideo probari neutiquam potest. Pontifex ex hypocrisis præse fert studium cognoscendi veritatem, quæ tamen ipsi nequaquam est cordi, nec veretur sub specioso nominis divini prætextu & simulatione religionis sanguinarium suum animum occultare, ideo

ideo enim interrogat, ut ex sermone aliquid venari possit. Hieronymus cœcitatem Pontificis miratur, quod eum, quem expectabat à longè, non viderit prope, sicut Isaac Jacobum caligantibus oculis non agnoscebat presentem, sed longè post futura de eo canebat Gen. 27. vers. 23. Consideranda etiam quæstionis forma: *Tunc, inquit, es ò παῖς ὁ υἱὸς ἡ εὐλογητῆς ille Christus, ille Filius benedicti?* Deum vocat benedictum vulgata Scripturæ phrasi Genes. 14. vers. 27. 2. Sam. 22. v. 47. Psal. 118. v. 47. &c. Rabinis, quando Dei nomen proferunt, ulitatum est addere הַבְּרִיךְ *benedictus ille*, quia Angeli & homines ipsi benedicunt, ipsum laudant & glorificant, ideo Matthæus loco benedicti ponit nomen Dei. *Adjuro te per Deum viventem, ut dicas nobis, an tu sis ille Christus ille Filius Dei.* Quidam volunt hanc esse unam & simplicem quæstionem, ex qua porro colligunt, non latuisse Pontifices, Phariseos & Scribas promissum Messiam fore ipsummet Dei viventis filium. Ex Caipha verbis, scribit Calv. in Harm. colligere licet, celebrem tunc inter Judæos fuisse Messie titulum, ut Dei Filium vocarent, neque enim aliunde, quàm ex communi more sumta fuit hæc interrogandi forma. Vide, quò progrediaris, non potes te Christum dicere, nisi simul arroges nomen Filii Dei. Sed quia Pharisei non possunt respondere ad quæstionem à Christo ipsis propositam Matth. 22. vers. 43. *Si Messias eris filius Davidis, quomodo vocatur Davidis Dominus?* ex eo colligitur, quòd Pharisei & Pontifices ignoraverint Messiam in unitate personæ, & filium Dei & filium Davidis fore. Dicendum igitur, duo esse quæstionis membra. Primum enim quarit Pontifex, an Jesus Nazareus sit Christus, h. e. promissus Messias; de quo somniabant, quòd regnum terrenum inchoaturus ac Israelitas è jugo Romano liberaturus esset. Quòd si Jesus se Christum sive Messiam esse affirmasset, mox Pontifex crimen læsæ majestatis ipsi imposuisset, quòd Regiam dignitatem contra Cæsaris ordinationem sibi usurpasset. Deinde etiam quarit, an sit Filius Dei, h. e. an, non contentus honore Messie, eò in super progrediatur, ut ipsummet Dei viventis Filium sese jactet, id enim ex concionibus Christi procul dubio ad ipsum delatum fuit. Ultrique quæstioni Christus affirmative respondet: *Tu dixisti, ego sum.* Probè noverat, Pontificem non interrogare animo discendi ac veritatem audiendi, sed in sermone ipsum capiendi; probè in super noverat, apertam veritatis confessionem cum vitæ periculo conjunctam fore, interim tamen quia erat casus confessionis, quia hoc sine in mundum venerat, ut veritatem testificaretur Johan. 18. v. 37. cum primis verò quia per nomen Dei adjuratus fuerat, ideo reverentiam divino nomini habendam ac citra ullius periculi respectum confessionem edendam esse docens, perspicuè & apertè respondet: *Tu dixisti, ego sum.* Augustin. lib. 3. de cons. Evang. cap. 1. existimat verba illa, *Tu dicis, tu dixisti*, non continere expressam affirmationem, sed cum apud Marcum. e. sic exponantur, *ego sum*, cum quippe Pontifex pro aperta & expressa affirmatione ea intelligat, ideo omninò sunt exponenda hoc sensu, id ipsum quod dicit, assero; eum de quo quaris, me esse profiteor. Ex ipsa Pontificis interrogatione se esse Christum. Dei Filium concludit, quasi sit ipsius verbis hoc af-

firmatum. Estq; hæc affirmandi formula etiam alibi in Scripturis ulitata Matt. 26. v. 25. cap. 27. v. 11. Marc. 15. v. 2. Luc. 22. v. 70. cap. 23. v. 3. Johan. 18. v. 37. nec in communi sermone Græco planè insolens Eurip. in Hipp. σὺ καὶ ἐκ ἐμῆ κλύης. *Ex te ista non ex me audis.* Xenoph. apomn. 3. αὐτὸς ἔφη, τὸ δὲ λέγεις ὡς Σώκρατες. Ipse tu, inquit, hoc dicis ὁ Socrates. Ita quoque Christus hoc loco respondet; *Tu dixisti ego sum Christus Dei viventis Filius.* Ac poterat sanè hoc ipsum miraculis divinis in continentibus demonstrare, sed quia jam ante id ipsum sæpius docuerat ac fecerat, nunc verò tempus patiendi adesset, ideo subjicit, suo tempore mox comprobaturum iri, quòd sit is, quem se fuerat professus, da werde ihnen der Glaube in die Hand kommen. *Veruntamen dico vobis, inquit amodo videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis & venientem in nubibus celi.* Particula adversativa πλὴν respicit occultas Phariseorum ac Pontificum cogitationes. Nunc nihil minus in externa specie apparet, quàm quòd sim Christus Dei Filius, sto enim coram vobis humilis & contemptus, id quod vobis est scandalo, sed tempus sequetur, quo majestatem divinam gloriose declarabo, quando scilicet videbitis me sedentem à dextris virtutis & venientem in nubibus celi. Pharisei & Scribæ Concilii hujus Assesores erant gnari Scripturarum, Christus igitur ad Scripturam ipsos remittit, in qua duplex Messie adventus à Prophetis prædictus, alter humilis & contemptus Esa. 53. v. 2. Zach. 9. v. 9. alter verò gloriosus, majesticus & formidandus, de quo duo potissimum testimonia. Christus hoc loco adducit. Prius extat Psal. 110. v. 1. *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum,* quem Psalmum de Messia intelligendum esse non solum allegatio in N. T. Matth. 22. vers. 44. Act. 2. vers. 34. 1. Corinth. 15. vers. 25. Hebr. 1. vers. 13. cap. 10. v. 12 sed etiam omnes circumstantiæ, ut etiam Biblia Chaldaica, in quibus habetur vox *Meimerab*, evidenter convincunt, quinimò agnoscebant hoc ipsi Pharisei, ut apparet ex Matth. 22. v. 44. Cum enim Christus quæstionem illis proponeret, *si Messias est filius Davidis; quomodo David eum vocat Dominum,* dicens: *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis,* ad eam obticescunt. Quòd si Pharisei existimassent, Psalmum illum non de Messia, sed vel de Abrahamo, vel Ezechia, vel Saule (ut modernæ Rabini statuunt) intelligendum esse, promptum fuisset quæstioni Christi illud obvertere, quia verò tacent & obmutescunt, eo ipso testantur, varicinium Davidicum rectè à Christo allegatum & ad Messiam accommodatum esse. Sic ergo quando Christus hoc loco adducit vaticinium ex illo Psalmo, tacitè admonuit Scribas & reliquos hujus Concilii Assesores, ut cogitarent, prædictum esse de Messia, quòd sit futurus Sacerdos, se ipsum victimam Deo oblaturus, quodque hibiturus sit de torrente passionum, postea verò caput exaltaturus & ad dextram Dei collocandus, ut æternum ac spirituale regnum inchoet; cujus initium futurum sit Hierosolymis, atq; exinde in totum orbem propagandum, in quo fideles subditi spontanea servitia ipsi præstituri, rebelles autem ac refractarii in die iræ conterendi sint. Posterius vaticinium, quòd Christus hoc loco adducit, extat Dan. 7. vers. 13. *Aspiciebam in visione nocturnâ & ecce cum nubibus celi quasi Filius hominis veniens & sedens à dextris sedentium.*

nis veniebat & usque ad antiquum dierum pervenit, & in conspectu eius appropinquare fecerunt eum. v. 14. & dedit ei potestatem & honorem & regnum, & omnes populi, tribus & lingue ipsi servient, potestas ejus potestas aeterna, quae non auferetur, & regnum ejus, quod non corrumpetur. Hunc locum de Messia intelligendum esse docet Angelus Luc. i. v. 33. & comprobant id ipsum verba hujus vaticinii atque integer contextus, nec potest sine insigni absurditate de alio quoquam intelligi. Ad hæc igitur duo vaticinia Christus provocat, eademque brevi complenda esse admonet, ac proinde humilem & contentam speciem haudquaquam ob stare debere quò minus ipsum pro Messia Dei; Filio agnosant. Videbitis, inquit Filium hominis (qui hoc quidem tempore vilis, abjectus & contemptus vobis apparet, tales enim dicuntur filii hominum, quibus opponuntur filii virorum) sedentem à dextris divinis, quidam subintelligunt suæ, ut sit sensus, sedentem in maxima potentia ac gloria sua, Hebræi enim dextræ partis mentione quiddam potentius ac majoribus viribus præditum intelligunt. Sed quia hoc ex Psalmo 110. v. 1. adducitur, ideò simpliciter accipitur divinis pro ipso Deo, quod enim Psaltes dicit, Messiam collocandum ad dextram Dei, id Christus hoc loco reddit, sedentem à dextris virtutis, siquidem Deo omnis potentia, ac virtus propriè & unicè competit, unde vocatur לְיָמֵי à robore & fortitudine. Apud recentiores Judæos tritum nomen יְמֵי הַבְּרִיָּה h. e. divinis , quo uti solent ad Deum verum & omnipotentem indicandum, quia Hebræi nomina substantiva pro adjectivis superlativi gradus usurpare solent. $\text{לְיָמֵי הַבְּרִיָּה}$ ait Euseb. Pamphili significat יְמֵי הַבְּרִיָּה . Tob. i. v. 5. omnes tribus quæ recesserant, sacrificabant יְמֵי הַבְּרִיָּה potestati Baal, h. e. Baali Deo, nec incommode dicitur, subintelligendum esse nomen Dei, hoc modo, sedentem à dextris virtutis scilicet Dei, id quod expressè additur Luc. 22. v. 69. Ex hoc erit Filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Quando autem viderunt Pharisei & Pontifices Christum sedentem à dextris virtutis Dei? Quidam respondent, id intelligendum esse de die extremi judicii, in quo videbunt eum sedentem à dextris virtutis & venientem in nubibus. cæli. Lyranus, in judicio extremo sic videbitur ab illis, qui eum condemnarunt. Sane non est dubium etiam tunc, & quidem cum primis conspiciendam esse Christi majestatem, potentiam & gloriam, sed quia hoc loco additur ἀπ' ἀπὸ ἄνω , ab hoc tempore, quod non significat tempus longè post futurum, sed proximè instans, & quia in simili confessione Luc. 22. v. 69. expressè adjicitur ἀπὸ ἄνω ab hoc tempore erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei, ideò rectius accipitur de toto exaltationis statu, qui statim post triduum in resurrectione cæpit, in qua potenter demonstratus est Christus Dei Filius Rom. i. vers. 4. ac post gloriosam in cælos ascensionem Spiritu sancto largiter super Apostolos effuso ad dextram Dei sese effectum esse in conspectu omnium demonstravit. Act. 2. vers. 33. dextram Dei exaltatus & promissione Spiritus Sancti accepta à Patre effudit hoc, quod nunc videtis. Orig. tract. 35. in Matth. illud ἀπὸ ἄνω idem accipit de extremo judicio, ac monet diem & horam non merendam esse secundum brevitatem dierum atque horarum, quæ est apud

homines, sed secundum longitudinem, quæ est apud Deum sempiternum, cui à constitutione mundi neque ad consummationem ejus unus est dies. Quamvis verò nec dextra Dei nec sessio ad dextram Dei in se ac per se externo oculorum conspectui sit exposita, tamen in suis effectis agnoscitur & quodammodo videtur, proinde Pontifices, Pharisei & Scribæ viderunt Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei & venientem in nubibus cæli ad Antiquum dierum, quando audierunt Christum gloriose resurrexisse & ad cælos ascendisse, quando viderunt miracula, quæ in Christi nomine ab Apostolis perficiebantur, quando viderunt Christo prædicatione Evangelii colligi Ecclesiam ex omnibus gentibus, frustra resistentibus ac renitentibus adversariis, hæc enim omnia fuerunt opera dextræ divinæ, ad quam Christus in resurrectione & ascensione sua est effectus. Potissimum verò videbunt Pontifices Christum sedentem à dextris virtutis & venientem cum nubibus cæli, quando in die extremi judicii veniet cum nubibus & videbit eum omnis oculus & qui pupugerunt eum & gloriæ se super eum omnes tribus terræ. Apoc. i. v. 7. dicit autem ab hoc tempore, à modo videbitis, quia à tempore passionis ulterius eum non viderunt, quæ explicatio colligitur ex Matth. 23. v. 38. ubi Christus ad Phariseos & Scribas dicit. Non me videbitis à modo, donec dicatis, Benedictus, qui venit in nomine Domini. Porro ut Christus hoc loco præfactos contemtores & hostes suos ad considerationem extremi judicii revocet, ita impios & securos mentione illius ad poenitentiam excitemus. Qui enim Christum in humili specie, quæ per verbum & Sacramenta adventum gratiæ apud nos celebrat, contemnunt, tandem æterno suo interitu ipsum in adventu gloriæ tanquam severissimum judicem experturi sunt. Sunt & alia capita in hac Christi confessione probè observanda. Primò enim testatur Christus, se esse Dei Filium non creatum, quo sensu Angeli & primi homines ante lapsum dicuntur filii Dei Job. 38. v. 7. Luc. 3. v. 38. nec adoptivum, quo sensu credentes dicuntur filii Dei Joh. 1. vers. 12. sed unigenitum & proprium ex essentia Patris ab æterno natum, de tali enim Filio ejusdem cum Patre essentia & potentia quærebat Pontifex, ut patet ex eo quòd crimen blasphemiae Christus propterea impingit, quia sese Filium Dei professus erat. Secundò idem se profitetur hominis Filium, exprimit igitur duas Naturas divinam & humanam, propter quam in temporis plenitudine assumtam vocatur Filius hominis. Tertio Sacerdos interrogat de Filio Dei, Christus respondet de Filio hominis, ostendit igitur eundem esse Dei & hominis Filium, neque propter duplicem nativitatem esse duos filios sive duas personas. Quarto ex καὶ ἄνω illà duarum Naturarum in unitate personæ ostendit provenire καὶ ἄνω divinæ majestatis, gloriæ ac potentia, quæ assumta humanæ Naturæ contigit. Dextra enim Dei, ad quam Filius hominis effectus, non est circumscriptus ac definitus supra cælos aspectabilis locus, sed ipsa infinita Dei potentia, majestas & gloria, universale dominium in cælo ac terra, sicut ex immotis Scripturæ fundamentis alibi latè hoc fuit comprobatum. Et Christus hoc ipso loco propterea eam vocat dextram virtutis ac potentia. Ostendit etiam Filium hominis etiam tum à dextris virtutis sessurum, quando veniet in nubibus, quod si dextra illa esset

effet circumscriptus in caelis locus, utiq; non posset dici ad eam federe, quando in nubibus ad iudicium veniet, sed eam potius desereret. Quod autem assumptae humanae Naturae communicatio illa facta sit, diserta & expressa appellatio Filii hominis notanter evincit, ac cum primis etiam illud, quod Filius hominis *ἀπὸ ἀπρι* certo tempore ad dextram virtutis dicatur evehendus. Jam verò secundum divinam Naturam est unius essentiae & potentiae cum Patre, adeoq; ipsa dextra virtutis, ipsa potentia Dei Luc. 1. v. 36. 1 Cor. 1. v. 24. proinde secundum eam non potest dici in tempore demum collocatus ad dextram Dei. Neve existimeret, sessionem ad dextram Dei denotare tantummodò finitam quandam gloriam, honorem aliquem & nudam ἐξουσίαν, sicut Bathsabe ad dextram Salomonis collocatur 1. Reg. 2. v. 19. ideo Christus vocat dextram *δὲ ἀπρι* virtutis ac potentiae & quidem coelestis, additur enim *νιεν* in nubibus caeli. Quintò quamvis Filius hominis secundum humanitatem in tempore ad dextram virtutis collocatus sit, rectè tamen Christus ex hac sessione probat se esse Dei Filium, atq; hoc ipso ostendit, qualis sit illa communicatio divinae potentiae, majestatis ac gloriae carni facta, videlicet non essentialis quaedam Naturarum exaequatio, non physica transfusio, non proprietatum naturalium abolitio, sed personalis communicatio ex unione personali resultans, ejusq; conditionem sequens. Nudus enim homo non potuisset federe ad dextram virtutis Dei, quia verò assumpta Natura evecta est in ipsam *λόγος* *σάρξ* *οὐρανίου*, ideo etiam particeps facta est in illa ipsa *σάρξ* *οὐρανίου* divinae majestatis potentiae ac gloriae. Sextò de suo officio testatur, quòd sit Christus, h. e. promissus Messias, Rex & Sacerdos Ecclesiae, plenitudine Spiritus Sancti unctus & ad divinam potentiam secundum hominem ideo evectus, ut partes officii Sacerdotalis ac Regii sibi commissi possit exequi, sicut etiam hoc pertinet ad officium ipsius regium, venire in nubibus caeli ad iudicium, ut subditis regni sui coelestia praemia distribuat, rebelles verò ac contumaces in aeternas poenas projiciat. Hac fuit egregia Christi de sua persona & officio confessio, quam debuissent Concilium hujus patres juxta regulam scriptorum Prophetarum examinare & in illis doctrinam de Messia quaerere, sed sequuntur praconcepta sua somnia de regno Messiae terreno, quod extrema quadam pompa inchoaturus & Romanos debellaturus sit, quare cum tale quid in Christo non invenirent, ideo pro Messia & Dei Filio ipsum recipere noluerunt. Pontifex enim *dilacerans vestimenta sua exclamabat, prolocutus est blasphemiam, quid in super egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam ejus.* Vestimenta sua, sive ut Marcus habet *χιτώνος*, tunicas suas dirumpit, ut externo signo blasphemiae atrocitatem & summam animi sui perturbationem exprimat. Fuit enim hic gestus in affectibus doloris & iracundiae Judaeis usitatus. Gen. 37. v. 34. Jacobus Patriarcha *scindit vestes*, cum audiret filium Josephum à fera dilaniatum. 2. Sam. 1. v. 11. David *scindit vestimenta sua*, cum ipsi nunciaretur Saulem esse interfectum. 2. Reg. 19. v. 1. Ezechias *vestes rumpit*, cum audiret blasphemiam Rab-facis adversus Deum Israelis Act. 14. v. 14. Paulus & Barnabas *conscissis vestibus* prohibent, sacrificia sibi à Lycaeonibus offerri. Eadem vestium rupturam

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quarta.

usi sunt Josua & Caleb Num. 14. v. 6. Jephtha Jud. 11 v. 25. Achab. 1. Reg. 21. v. 27. &c. qui omnes hac externà Ceremonià significare voluerunt ingentem animi perturbationem & cordis quasi scissionem, Joel. 2. v. 13. Cajetan. in cap. 14. Marc. existimat, scissionem illam vestium fuisse *denudationem pectoris sine ulla vestium ruptura.* Sed quia scissionem cordis hoc gestu significarunt, verisimilius est, quòd vera fuerit vestium disruptio. Rabini in libro praepceptorum hanc tradunt regulam: *Qui blasphemantem Israelitam audit, debet lacerare vestes suas; si alius est, puta gentilis, non lacerat.* Quòd autem Eliacim & Sobna vestes diruperint 2. Reg. 18. v. ult. id factum est inde, quia Rabfices erat Israelita apostata, qui Patrum religionem ejuraverat. Ex oppositione Joel. 2. vers. 13. *Scindite corda & non vestimenta vestra*, haud absurdè colligitur, non fuisse totam vestem scissam, sed saltem partem illius circa pectus. In eo (inquit Gerson) *sanctior fuit consuetudo Judaeorum, quam quae est inter nos Christianos. Illi audientes blasphemias scindebant vestimenta: Nos quotidie audimus blasphemias undique & omnibus modis non ponendo ullum remedium vel saltem non exequenda data remedia.* Pontifex ergò audiens Jesum se profiteri Dei Filium, judicat hanc esse intolerabilem blasphemiam, cujus auditu cor scindatur, simulat zelum religionis, sed suo se prodit indicio hypocrita, quòd suà quaestione non hunc sibi propositum habuerit finem, ut causam Christi legitimè cognosceret ac tractaret, sed ut verba quaedam eliceret, propter quae blasphemiae crimen ipsi intentare posset. At cur propterea Christum blasphemum pronunciat? fuerant alii complures, qui se pro Messia venditabant, cur tunc non discindebat vestes suas? Potuisset in super ex Scriptura V. T. discere, Messiam fore Dei Filium 2. Sam. 7. v. 14. *ego ero illi in Patrem & ipse erit mihi in Filium*, Psal. 2. v. 7. *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.* Ps. 72, 17. *ante Solem filiatum est nomen ejus*, Prov. 30, 4. *quod nomen ejus & quod nomen filii ejus, si nosti?* Id ipsum etiam ex operibus officii, quae Messiae tribuuntur, cognosci poterat. Conterere caput serpentis infernalis Gen. 3, 15. benedictionem adducere in omnes Gen. 12, 3. satisfacere pro peccatis Esa. 53. v. 6. habere regnum aeternum Dan. 7. v. 14. & similia opera, divinam atq; infinitam virtutem requirunt, jam vero tribuuntur Messiae, ergò Messiam oportet esse verum Deum, Deiq; filium. Proinde Pontifex non debuisset statim blasphemiam judicare, quòd Jesus Nazareus sese Christum ac Dei viventis Filium profiteretur, sed inquirere debuisset, quibus argumentis assertionem suam confirmet. Ac si blasphemia est, quòd Jesus se constitetur Messiam ac Dei Filium, cur eam non refutarunt antea, cum duabus distinctis vicibus idem publicè in templo docuisset & aliquot argumentorum generibus comprobasset? Johan. 8. v. 18. c. 10. v. 34. Si hac est blasphemia, blasphemj erunt Prophetæ, qui de Messia disertis verbis hoc ipsum praedixerunt Ps. 110. v. 1. Dan. 7. v. 14. &c. Apparet autem ex hoc loco, nullum doctrinae coelestis articulum aeriùs à Diabolo per ipsius organa fuisse impugnatum, quàm hunc ipsum de persona & officio Christi, sicut Historia Ecclesiae N. T. luculenter confirmat, novit enim Satanas hanc esse salutis nostrae acropolim & reliquorum articulorū basin 2. Rupturam vestium Sacerdotalium pleriq; veteres allego-

allegoricè interpretantur de ruptura Levitici Sacerdotii. Euch. Dom. in ram. palm. *Vestimenta sua scindit Princeps Sacerdotum seipsum maximam & principalem causam esse significans, cur Judæorum Sacerdotium scindatur ac rumpatur.* Hieronym. Theoph. & Beda: *Eadem rabies, quæ prius de se excuserat, ad scissionem vestium provocat, ut ostendat Judæos Sacerdotalem gloriam perdidisse & sedem esse vacuum.* Gloss. ordin. *Significatur Sacerdotum ob scelera Pontificum esse penitus solvendum.* Hæc allegoria non est inconcinna. Quia enim Levit. 10. v. 6. & cap. 21. v. 10. prohibetur Pontifex *vestimenta scindere*, judicandum est, Pontificem non sine mysterio hic vestem dirumpere. Sunt qui statuunt in certis tantum casibus, videlicet in luctu propter mortuum, rupturam vestium summo Sacerdoti fuisse prohibitam, sed verba legis sunt generalia. *Caput suum non discooperiet, vestimenta non scindet;* ac voluit Deus moderationem affectuum cum gravitate conjunctam hoc præcepto Pontifici præscribere. Ergo quod Caiphæ oblitus hujus præcepti vestimenta scindit, hoc ipso mysterium aliquod denotari non absurdè dicitur. Præterea per *27. annos*, quos Pontifex dirupisse dicitur, commodè intelligi possunt *vestes Sacerdotales*, ita enim hoc vocabulum usurpant LXX. Interpp. Exod. 35. v. 18. Lev. 8. v. 13. Esdr. 2. v. 69. & alibi passim, ac verisimile est Caiphæ indutis Pontificalibus majoris splendoris & autoritatis causâ in judicio sedisse, proinde laceratione illâ vestium Sacerdotalium inscius vaticinatur, futurum, ut Leviticum Sacerdotium V. T. aboleatur, sicut de fructu mortis Christi inscius vaticinatus erat Joh. 11. v. 51. Accedit, quod hoc ipso externo symbolo etiam alibi tale quid significatur. 1. Sam. 15. v. 28. cum Saul apprehenderet alam passî Samuelis eamq; scinderet, Samuel hoc ipsum symbolicè interpretatur, *scidit Dominus regnum Israel à te hodie, & dedit illud proximo tuo meliori re.* Deniq; tunica Christi in cruce pendens mansit integra atq; irrupta, quemadmodum igitur per hanc integritatem tunica Christi significatur perpetuum ipsius Sacerdotium, ita per rupturam vestium Caiphæ satis commodè significari intelligitur Sacerdotii Levitici ruptura atq; abolitio. Scissa est gloria Synagogæ, tunica autem Christi perpetuò manet integra.

Cæterum post prolatam sententiam de crimine blasphemix subjungit Pontifex: *Quid insuper egemus testibus?* *Et v. quid adhuc testes desideramus?* vulgata versio reddidit, rectius autem vertitur, *quid præterea, aut quid insuper testes nobis necessarii?* quæ verba iterum spirant arrogantiam Pontificis, hoc enim vult dicere. Frustra hæctenus in conquirendis testimoniis contra ipsum laboravimus, en. ostendi vobis compendiosorem viam, habetis reum consententem, propria & spontanea confessio mille testibus merito præfertur. Rogat igitur Assessorum sententias, & suffragia colligit dicens: *Quid vobis videtur?* Syrus reddidit: *Quid vos vultis?* Illi verò omnes condemnaverunt eum, esse reum mortis ac respondentes dixerunt reus est mortis. Non exprimunt speciem supplicii, sed in genere pronunciant, ipsum esse mortis reum, hoc est, capitali poenâ dignum. Levit. 24. v. 16. talis habetur constitutio: *Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus obruet eum omnis multitudo populi, sive fuerit civis, sive peregrinus. Qui blasphemaverit nomen Dei,*

morte moriatur. Ex hæc lege petunt decisionem, nec tamen exprimunt speciem supplicii, vel quod judicia capitalia ipsi essent ademta, vel quod non contenti vulgari poenâ lapidationis ipsum crucifigi voluerunt, quod supplicium apud Romanos in usu fuit. Ex lege Mosaica petunt propositionem: Blasphemi sunt rei mortis. Caiphæ subjungit assumptionem, Jesus Nazarenus est blasphemus. Totum Concilium addit conclusionem. Ergo Jesus Nazarenus est mortis reus. Sed vitium erat in assumptione, nondum enim evictum erat, Jesum esse blasphemum. Quod omnes unanimi suffragio dicuntur condemnasse Jesum, id vel synecdochicè intelligendum de majori ac potiori parte; constat enim Nicodemum & Josephum Arimathæum non *confessisse consilio & actionibus ipsorum* Luc. cap. 22. vers. 51. quorum sententiam procul dubio quidam alii sunt secuti, vel dicendum, eos, qui causæ Jesu favere videbantur ex Concilio fuisse submotos ac reliquos postea decisivam sententiam tulisse. 1. Repræsentatur igitur in hoc Concilio exemplum Concilii malignantium, in quo veritas opprimitur & justitia conculcatur, in quo Senatus pro forma convocatur ac suffragia non tam rogantur quam imperantur. *Insipice (ait Simon de Castia) justitiam calcant, virtutem depressam, rationem obrutam.* Vide ut omnes *Magistratus & Sapientes & Senes iniusti in morte consenserint ac nemo inveniat, qui pro innocente consurgat, qui beneficium excusationis vel temporis defensionis exposcat?* 2. Cumque in hoc Conciliabulo summus Pontifex horribiliter erret ac principalem fidei articulum de persona & officio Christi omnes Conciliabuli Assessores condemnent, quæ veritatis specie absoluta & authentica autoritas, adeoque simplex infallibilitas Concilii tribuitur? Christus confessionem suam probat ex dictis Prophetis, nihilo tamen minus à Concilio earepudiatur ac damnatur, eandem sortem in pluribus Concilii doctrina Christi postmodum est experta. 3. Voluit autem hanc atrocem injuriam atque iniquissimam hujus Concilii condemnationem propter nos sustinere. Primi parentes nostri divinos honores expetierant, volentes esse sicut Deus Genes. 3. v. 5. nos quoque ipsorum posterius adversus Deum peccando sapius nos illi præferimus. Christus igitur ex hoc capite patitur se condemnari, quod se Dei Filium professus erat, ut pro nostris peccatis satisfaceret, *divinæ Naturæ nos consortes redderet* 2. Petri 1. v. 4. *ac potestatem nobis impetraret de Deo, coram Deo* Johan. 1. v. 12. Primi parentes nostri blasphemix se fecerant reos, derogaverant enim Deo honorem & obediendam debitam, ac lapsus sui culpam in ipsum Deum contulerant: nos quoq; ipsorum posterius quid peccatis nostris agimus aliud, quam quod gloriam omniscientiæ, justitiæ & veritatis ipsi Deo detrahimus, quasi iniquitates nostras non videat, quasi eas impunitas sit demissurus & quasi comminationibus ipsius nulla subit veritas? Ut igitur pro hoc reatu satisfaceret, Christus ut blasphemus injustè accusatur. Nos omnes justissimam condemnationem coram tribunali divino eramus promeriti, ut ab ea liberaremur, Christus injustè se condemnari patitur. Delinquit reus & vapulat innocens, offendit impius & damnatur pius: quod meretur malus, patitur bonus; quod perpetrat servus, exolvit Dominus; quod committit homo,

homo, sustinet Deus. Principalis omnium vita pronuntiatur mortis rea &c. Si Christi personam spectemus, non est reus mortis, quia nihil quicquam mali fecit, est igitur vita dignus, imò est ipsa vita: sed si nostra spectemus peccata, quæ perfolvenda in se suscepit, verè est mortis reus, quia nostra peccata æternam mortem promeruerant. Voluit Christus reus fieri mortis, ut mortem ipsam faceret reum, & eum, qui habet mortis imperium morte sua vinceret. Heb. 2. v. 14. 4. Considerationem etiam meretur hoc quod Christus coram toto Concilio in ipsa æmuli passionis, se profiteretur esse Christum, h. e. Regem & Sacerdotem nostrum, hoc ipso enim demonstrat, quod ut Rex & Sacerdos noster patriatur, Imperium ejus super humeros ejus Esa. 9. v. 6. & in ara crucis obtulit se Deo victimam in odorem suavitatis Ephes. 5. vers. 1. inde enim atque ideo passio Christi est nobis salutaris atque ad abolenda totius mundi peccata. efficax, quia est Regis & Sacerdotis nostri, adeoque ipsius Dei Filii passio. 1. Joh. 1. v. 7. 5. Completum etiam in hac injusta condemnatione vaticinium in Psalm. 118. v. 22. de lapide ab ædificantibus

reprobato, qui postea in caput anguli est electus. Quia enim ab his spiritualibus ædificii architectis Christus reprobatus, inde factus est lapis angularis & fundamentalis Ecclesiæ, super quem velut lapides vivi superædificari possumus, domus spiritualis, Sacerdotium sanctum, ad offerendas spirituales hostias acceptabiles Deo per Christum 1. Pet. 2. v. 5. Lyranus huc accommodat vaticinium Patriarchæ Jacobi Gen. 49. v. 5. Pontifices (inquit) erant de tribu Levi & Pharisei magna ex parte de tribu Simeon, idcirco in figura hujus Concilii prædictum erat à Jacobo, Simeon & Levi fratres vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non veniat anima mea. Quidam veterum huc accommodant dictum Psalm. 82. v. 1. Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat, v. 2. usquequo judicatis iniquitatem &c. sed hæc videntur aliquantò esse remotiora, & à literalis sensu longius recedere.

*Me miserum damnant lex & mens conscia pravi
Absolvit meritum me bone Christe tuum.*

CAPUT CLXXXVIII.

PETRUS TERTIA VICE IN DOMO CAIPHÆ CHRISTUM ABNEGAT ET CHRISTI INTUITU CONVERTITUR.

MATTH. 26. v. 74. MARC. 14. v. 70. LUC. 22. v. 59.
JOHANN. 18. v. 26.

RATIO ET ORDINIS.

Rationem testium contra Christum productionem ac blasphemiam ipsi intentatam accusationem ante tertiam Petri negationem collocandam esse ostendimus superius. Hæc series admonet nos de occasione gravissimi lapsus Apostolici. Cum Petrus videret, Christum nolle uti divina sua potentia ac miraculo quodam ab hostium manibus sese liberare; Pontifices contra, Scribas Phariseos ac Seniores modis omnibus hoc agere, ut Christum morti objiciant, inde suo magis metuere incipit capiti, ne cum Magistro ipse utpote discipulus morti objiciatur. Inde compellatus à cognato Malchi servuli Pontificii, cui aurem in hor-

to non ita pridem absciderat, non solum tertiam vice Christum abnegat, sed etiam diris & execrationibus abnegationi suæ fidem apud astantes conciliare, seque præsentissimo vitæ periculo liberare conatur, Idem est ingenium carnis nostræ, affectus idem, qui ut per Spiritum in nobis refrenetur ac mortificetur, sollicitis rogandus est Deus gemitibus. Quod Christi illusio, conspuitio ac colaphizatio, quam Matthæus & Marcus primæ Christi ad mortem condemnationi immediatè subjungunt ac tum demum secundam & tertiam Petri negationem describunt, tertiam Petri negationi non præmittenda sed postponenda sit, in sequenti capite manifestum faciemus.

TERTIA PETRI NEGATIO ET LACHRYMÆ EJUSDEM POENITENTIÆ INDICES.

MATTH. 26.

73. Μετὰ μικρόν ὁ προσελθὼν τῶν οἰ ἐσώτες εἶπον τῷ Πέτρῳ, ἀληθῶς ἢ οὐ ἐξ αὐτῶν εἶ, ἢ γὰρ ἡ λαλιὰ ἡ ἐ δὴ λέν σε ποιεῖ.
74. Τότε ἤρξατο καταναθεματίζην, καὶ ὀμνῆσαι, ὅτι οὐκ οἶδα ἃ ἔειπεν, καὶ εὐθὺς ἀλέκτωρ ἐφώνησε.
75. Καὶ ἐμνήσθη ὁ Πέτρος τὸ ῥήματ' ὅ ἐ ἰησοῦ εἰρηκότ' αὐτῶ, ὅτι περὶ ἀλέκτορα φωνήσῃ, τρίς ἀπαρηση με, καὶ ἐξελθὼν ἐξω ἔκλαυσε πικρῶς.

73. Et post pusillum accesserunt qui stabant & dixerunt Petro. Verè & tu ex illis es. Nam & loquela tua te manifestum facit.
74. Tunc cepit execrari & jurare, quod non nosset hominem. Et continuo gallus cecinit.
75. Et recordatus est Petrus verbi Jesu, qui dixerat ei, prius quam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras fleuit amarè.

Harm. Tom. III. vel Gerbard. Cont. pars quarta.

1 4

MARC. 14.